
13

LVCAE GAVRICI GEOPHO NENSIS SVPER DIEBVS DECRETORIIS (QVOS etiam Criticos vocitant) Axiomata, siue Aphorismi grandes vtiq; sententiae breui oratione compraehensae.

ENVCLEAVIT ITEM PLERAQVE Hippocratis, & Galeni theoremata, quae Medici rerum coelestium expertes vix olfecerunt.

ISAGOGICVS ASTROLOGIAE Tractatus Medicis admodum oportunus.



M. D. XLVI.

AD DIVVM PAVLVM. III. PONT. OPT. MAX.

Lucas Gauricus Geophonensis.

Paule hominum Pastor Patriæ Princepsq; Paterq;,
Qui merito in terris sceptra tonantis habes.



Peræprecium mihi visum est, nostrum hunc de Diebus Decretoriis tractatum, Quo morbi cognoscuntur, & curantur humani, Tuo Numini Sacratissimo dicatum, Typographo excudendum tradere, vt fœlicissimis Maiestatis Tuæ auspiciis, veluti clypeo quodam Adamantino munitus, pro communi vtilitate, in manus hominum prodire audeat. Tua vero Beatitas munusculum hoc nostrum (qualecunq; est) non asperneris, obsecro. Interea fœlix viue.

AD BEATISS. PAVLVM. III. PONT. MAX.

Hieronymus Borgius Massæ Episcopus.

PAVLE Pater, Sapiens, Clemens, Pius, Optimus vltro,
Tu quoq; fers ægris (Cynthius alter) opem,
Ille salutiferis vim fundit ab æthere succis,
Tu dare rite iubes Pharmaca temporibus.
Dum curas ædi monumenta salubria, celso
Quæ doctus scripsit Gauricus ingenio.
Sol ab humo herbarum virtutem educit in auras,
Digna legi in lucem tu monumenta uocas.
Hinc erit vtilitas Medicis præclara, vigebit
Firma salus ægris, & tibi dulce decus.
Dum raro exangues transuectat Portitor vmbras,
Ac seruat Criticos ars operosa Dies.

CORPORA HAEC INFERIORA CORPORIBVS COELESTIBVS ESSE OBNOXIA TRACTATVS PRIMVS.



PLATO asseruit circuitus syderum varias vices efficere, non solum corporibus Animantiũ: sed vniuersæ etiam naturæ rerũ, vitę hominum, imperijs, & rebus publicis. Compertum quippe est apud singulos fere Peripateticos, inferiora hęc corpora (p̃ter hominum voluntates) corporibus illis supercœlestibus esse obnoxia. Stellas aũt ipsas fati ipsius ministras. Fatũ vero lex est, & regula naturę munerũ, a Deo Altissimo p̃scripta, a quo omnia hęc inferiora gubernantur.

¶ Diuus Thomas in libro de fato ita scripsit. Corpora inferiora, etiã vestes, & ędificia, & quæcunq; artis opera, certã a Syderibus suscipere qualitatem. In libro etiã contra Gentiles. 3. probat a corporibus cœlestibus imprimi nonnihil in corpore nostro, cuius munere disponamur ad eligendũ sępe quod melius est, etiam si rationem fineq; nesciamus. Qua quidem in re bene fortunatos appellat, atq; (cõsentiente id Aristotele) bene natos, ex virtute enim cœlesti nõnullos fieri, in quibusdã artium effectibus efficatiores: Sicut milites in vincẽdo: Agricolas in plãtando: Medicos in sanando fœliciores: Sicut herbæ, lapidesq; mirabiles quasdam vltra naturã elementarem vires cœlitus haurire: Sicut homines quoq; in Artibus nõnullos fortiri, atq; fortunatos, celebresq; fieri.

¶ Marsilius Ficinus Florentinorũ decus, Sacerdos, Theologus, Philosophus celeberrimus, Medic⁹, Diuinæq; matheseos professor emmentissimus, probat Astronomiã esse Medico necessariam, dum in Apologia vniuersali de vita cœlitus comparanda, ita scripsit. Medicina sine fauore cœlesti (quod Hyppocrates, Galenusq; cõfitentur, & nos etiã sępius experti sumus) est inanis. Sæpe etiã noxia nimirum ad eandem sacerdotis caritatẽ Astronomia pertinet: ad quã attinere diximus Medicinã. Deniq; si non probas imagines Astronomicas. Alioqui pro valetudine mortaliũ ad inuentas, quas ego non tam probo q̃ narro, has vtiq; (me concedẽte; ac etiam si vis consulẽte) dimittito. Medicinas saltem cœlesti quodam adminiculo confirmatas (nisi forte vitam neglexeris) ne negligito. Ego enim frequenti iã diu experimento compertum habeo. Tantum interesse inter medicinas eiusmodi atq; alias. Quantum inter merum, & aquam. Hęc Ficinus ad literam. Mar. Ficinus.

¶ Claudius Ptholemęus Enunciato. 9. inquit, In generatione, & corruptione rerũ inferiorum formæ afficiuntur a cœlestibus formis. Idcirco qui imagines faciunt: iis vtuntur quum eo Stellæ ingressæ fuerint, obseruantes. Ptholemeus.

¶ Quicũq; Martẽ ascendentẽ habet, omnino cicatricem in facie habebit. Preterq; si ♂ signi illius horoscopãtis dñus fuerit (Sic. n. in Gręcis quibusdam codicibus scriptũ esse reperitur) In suo domicilio, vel altitudine: licet suapte natura Martis Stella malefica sit: & vulnerum illatrix, non fedabit faciem eius: in cuius genitura Aries horoscopabit, neq; cicatricosam reddet. In reliquis autem Signis ♂ in horoscopo, pręsertim peregrinus in capite aut facie: insignem cicatricem infligere consueuit, quod Arabes, & Babilonij, affirmant. Ptholemeus 74. Aphor.

Hermes. ¶ Imago Arietis in auro purissimo impressa prima ♈ gradu horoscopate,& Sole ibidem partiliter constituto cum Ioue,aut Venere,nullisq; infoelicium stellarum hostilib⁹ radijs vulnerato, ipsaq; ☽ & Agia Venere foeliciter, atq; amice intuentibus dolorem capitis sedare,& inemicranea praesentaneum remedium afferre consueuit.

Hermes. ¶Hermes praeterea auctor est,prohiberi calculos,si quispiam in auro purissimo,leonis figuram(vti decet) impressam, secum munde attulerit. Et quę celata,siue impressa sit Sole Leonem tenente,& a beneficis foelici rore,aut amicis radiationibus, irriagto,dummodo ☽ non sit in.6.coelorum statione,aut illam non intueatur,neq; horoscopantis signi hospitator sit a maleficis sauciatus.

Hippocrates. ¶ Hyppocrates testatur tempestates ne dum hominum aegrotationes excitari, & variari vi Syderum.

Galenus. ¶Galenus etiam docte,elegáter,& satis copiose libro.3. cap.6. de diebus Decretoriis,probat aegritudines Acutorumq; morborum crises referri ad Lunam: eiusque peragrationem, & non solum reprahendit, imo etiam grauiter obiurgat illos, qui negant corpora haec inferiora affici a motu, & lumine coelestium corporum. Quin immo inquit,Sophisticum esse manifestam negare experientiam,& eos qui dissentiunt ferocissime taxat,probatq; morborum crises potissimum referri ad ipsam ☽ quippe quę nobis proximior est caeteris Planetis,licet ☉ & alij etiam Planetae concurrant.

¶ Concludimus deniq; cum Galeno, & Hippocrate, Astronomiá esse Medico valde necessariam,qui de Criticis diebus disputans,ait. Certam esse Aegyptiorum sententiam,Lunam significare affectionem in dies tum aegrotantis, tum sani,adeo vt si admisceantur cum ☽ Iouis, & Veneris radii, & bene afficiatur vterq;, bene erit languenti.Sin autem Saturnus,vel Mars contraria ratione se habeant,male,aeger enim aduersa valetudine conflictabitur

De Primis inuentoribus dierum Criticorum,& qui dies huiuscemodi Decretorios primi obseruauerunt,auxerunt,& locupletarunt.

GALENVS in libro de diebus Decretoriis edocuit,quonam pacto dies Critici fuere reperti,Sed qui ipsorum idiotropias,hoc est,peculiaritates, siue naturalitates,ad experientiam rerum magistram, & obseruationes primi retulerunt, fuisse dicũtur, Phoebus Apollo primus Carminis,& Medices ipse repertor opis.

Poeon. ¶ Pęon praeterea Apollinis filius,autore Homero,vir fuisse dicitur Artis Medicę consumatissimus.Qui herbis (propria ingenii solertia) repertis, Hippolitum ab Inferis reuocauit.De quo Virgilius Maro,circa finem.7.Aeneidos,ita cecinit.

Tum Pater Omnipotens aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem Infernis ad lumina surgere vitae:
Ipse repertorem Medicinae talis,& Artis,
Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad vmbras.

Aesculapius. ¶Aesculapius Ideae Deus autor vetustissimus quoq; celebrat.Qui quoniam rudẽ hãc,tũc scientiá,paulo subtilius excoluit:in Deorũ numerũ recept⁹ atq; relatus est.

¶ A quo Medicae facultatis edocti fuere Machaon,atq; Podalirius, eiusdem Aesculapii (vt inquiunt) filii,Clarissimi praeterea extiterunt humani corporis moderatores,Pythagoras,Empedocles,Democritus.Huius autem discipulus fuisse dicitur Hippocrates chous,Medicorum tamen omnium facile princeps.

Clari etiam fuisse dicuntur Oribasius, Diocles, Caristius, Praxagoras, Crisippus, Herophilus, Heraclides Tarentinus: Qui dies Iudicarios, siue Indicatiuos: Quos Neoterici Prouocatorios, & Intercidentes, uocant, diligenter obseruauerunt.

¶ Huiuscemodi uero dierũ Criticorũ rationes in cœlestes cãs assignauerũt, Asclepiades, Erasistratus, Plistonius, Themison Apollonius, Archigenes, Mesue Diascorides, Rases, Paulus Agineta, Serapius, Auicenna, Galenus, Cornelius Celsus, Scribonius Largius, Quintus Serenus Samonicus, Plinus, Petrus Apoñensis, Claudius Ptholemæus, Hales Rodoan, Almansor, Auerroes, Auenzoarus, Hali Abbas, Philo Medicus, Gentilis, Nicolaus Florentinus, Nicolaus Leonicenus, Ioannes Aquilanus, Medicorum omnium nostræ ætatis facile princeps, Zerbus deniq; Veronensis, & pleriq; Neoterici, quos foret hic magnus cõnumerare labor.

¶ Obseruationes præterea Criticorum dierum, ut plurimum repertæ sunt ab Empiricis Medicis. Rationes uero ab Astronomis.

Empirici ab experientia dicti.

Quod sit boni Medici officium.

VNVM illud est, quod ubiq; seruandum est a Medico, ut ægri uires subinde assidens, inspiciat, & q̃diu superfuerint febres, abstinentia purget, & inedia utatur. Verum si imbecillitatẽ uteri percœperit, cibo subueniat. Id utiq; officium eius est, ut ægrum neq; superuacua materia oneret, neque imbecillitatem fame prodat, eumq; (si artifex est) idoneum esse qui non multum ab ægroto recedat. Sed qui lucro, seu quęstui inseruiunt, libenter amplectuntur ea præcepta: quæ sedulitatem non exigunt. Ex his autem colligi potest, ab vno Medico multos non posse fideliter curari.

Et cõmdio cel lib. 3. cap. 4.

¶ Asclepiades, officium boni Medici esse, dicebat, & ut tuto, & ut celeriter, & ut iucunde, curet ægrotantem, licet ipse in omni fere morbo, medicamenta subduxerit. Conuellendas etiam ab ægroto uires malignas morbi, uigilia, siti ingenti, sic ut nec os quidem primis diebus elui sineret, & ubi ægrum triduo fatigauerit, Quarta die cibo eum destinabit. In luce item habendus est æger, isq; noctu cubare q̃ maxime conclaui debet. Quod uero ad somnum, sitimq; pertinet, moderandum est, ut interdiu uigilet, noctu uero (si fieri poterit) conquiescat. Ac neq; potet, neq; siti nimiũ crucietur, os autem elui potest ubi siccum est, & ipsi fetet: Quamuis id temporis potioni aptum non sit, optimum quoque medicamentum est, cibus oportune datus, nam data non apto tempore vina nocent.

¶ In morbo qui plus virium aufert ægrotanti celerius exhibendus est cibus, maturius etiam puero, q̃ iuueni, & æstate q̃ hyeme. Quippe qui famem facilius fert adolescens q̃ puer, facilius hyeme q̃ æstate, facilius in denso aere q̃ tenui, facilius uno dumtaxat cibo, q̃ prandio assuetus, facilius inexercitatus q̃ exercitatus homo sustinet, facile autem in eo magis necessaria est cibi festinatio: qui minus inediã tolerat. In febre continua (quũ iam remissior fit) cibus exhibendus est ægro.

¶ Themison nõ quando cœpisset febris, sed quãdo desijsset, aut certe leuata esset, considerabat.

¶ Antiqui etiam tarde cibum dabant ægrotantibus: Medicamentis enim quibus

dam datis concoctionem moliebantur,eo q cruditatem maxime horrebant. Deinde eam materiam,quæ ledere uidebatur,ducendo sæpius aluum,subtrahebant.

Qualis debet esse Medicus.

NEMO potest perfectus esse Medicus,absq aliqua rerum cœlestium cognitione,rerum quippe cœlestium peritia,& eorum quæ Luna ☽ in corporibus humanis influit,cognitio ad Medicos, uel imprimis pertinet, ut salutaris remedij instituta,cum Stellarum,Signorumq misturis,ac temperationibus conueniat,cœlestisq actio rerum cœlestium actionibus conueniat, & inferiora corpora hæc gubernentur.

¶ Perfectus Medicus erit ille,in cuius natiuitate ♂ & ♀ fuerint in sexta domo.

Almansor.7. Aphoris. ¶ Pefectus autem, & bonus Cantor erit, cui ☿ retrogradus cum ♀ in eodem signo fuerit bene affectus.

Et præsertim in 3.domo ¶ Venus siquidem & ♂ partiliter:uel saltem platice alligati in horoscopo, uel.xi. aut quinta cœli statione,absq maleficis maleficarum Stellarū radiationibus Phisicos bonos,fortunatos,gratos,atque benignos,ac facetos facere,consueuerunt.

Secundū Arnaldum de Villa Noua.		Secundum Ptholemęum.	
Domus cęlestes.	Deputantur.	Domus.	Deputantur.
1	Aegrotanti.	1	Aegrotanti.
10	Medico.	7	Medico.
7	Pharmaciis.	16	Pharmaciis.
6	Infirmitati.	6	ægritudini.
4	Sepulturæ.	4	Sepulturæ.
8	Morti.	8	Morti.

¶ Secundum Arnaldum de Villa Noua:hora initij ęgritudinis,si.10 domus:& eius hospitator fuerit bene affecti,Phisico bonum nomen & lucra protendun tur: sin male,non nihil dedecoris, quippe qui si in cœlorum apice, maleficus quispiam Planeta, uel maleficarum stellarum hostiles radij reperiantur, Medicus nihil proficiet ægrotanti, in exhibendis pharmatiis, licet enim rite processerit in cura ægroti, domestici omnem culpam in Medicum transferent, obijcientes ei q æger obiit ex incuria,uel potius ignorantia eius,quippe qui naturam morbi nō bene intellexerit: neq percœperit.

Ptholeme.14. Enunciato. ¶ Secundum uero Ptholemæum.7.domus Medico attribuitur,Vnde Enunciato.57.ita scripsit.

¶ Quum.7.ab horoscopo locum , atque eius dominum in ægritudine afflictum inueneris Medicum mutato.

¶ Quādoquidē si domus.7. atq eius ecodespotes fuerint afflicti,seu male affecti, & impediti pharmatiæ,hoc est solutiuæ medelę: quas ignarus rerū cęlestium Medicus,ęgrotāti exhibere iusserit,nihil proficui afferēt:quin potius nocebunt:erūtq ęgroto cā interitus ,siqdē morbi (nisi fuerint periculosissimi)pharmacis irritandi non sunt. ¶ Quot,quantisq Astronomus, aut sciens Medicus implicabitur erroribus:quando.7.domus,& eius Dominus fuerint impediti.

Interpraete Trapesuuntio. Pontano interprete. Quātis in erroribus uersabitur Astrologus:quū.7.locus,atq eius dñs afflicti erūt.

¶ Septimus locus ab horoscopo in erigenda ęgrotantis figura:iuxta Ptholemęi

dogmata Medico deputatur; & quemadmodum in consulendo Astrologo horoscopus attribuitur cõsultori: septima domus aût cõsulto, sic in cœlo suspiciendo Qua die, quaue hora, quispiam ægrotare cœpit, Prima domus ægroto ipsi. Septima Phisico attribuenda erit. Perinde ad ęgrotum Medicus ueluti ad cõsultorem consulutus ex Ptholę. sententia sese habet.

¶ Igitur si hora qua quispiam laborare cœpit, Septima cœlestis figuræ domus fuerit a maleficis Stellis infœliciter commaculata, aut quadrangularibus, siue diametralibus, aduersisq; radiationibus ab illo impugnetur. Et præcipue si eius quoq; hospitator fuerit male affectus. Quocirca dimisso primo illo Medico, alius adhibeatur. Infœlix siquidem loci huius: atq; eius dominus, status Phisici illius curationem ægrotanti male cessuram, immo offuturam significabit, & de phisici eiusdem opera nihil prorsus boni sperandum erit: submouendus igitur phisicus ille, ne curatio eius in ægrotum male, atq; infœliciter, vertat.

¶ Ascendens, eiusq; hospitator, ubi quispiam de re aliqua Mathematicum consulit, pro consultore accipiendus est, pro ipso aût consulto. 7. domus, atq; eius ecodespotes, Qui si male affecti fuerint, Astrologo damnum protendunt, damnũ quippe erit, ipsum ad quod quæsitum fuerit, vera nullatenus responsurum. Quam ob rem Babilonii, siue Indi vates, quum. 7. locum; atq; eius hospitatorem male affectos reperiebant, ad ea de quibus cõsulebantur, nihil respondebant, veriti ne falsa pronunciarent. Quando igitur. 7. domus, eiusque signi dominus, male fuerint collocati, Phisico accidet, quod multis accidere consueuit, quum offusæ oculis nebulæ prospectum eripiunt, quodq; & Philosophis, probatisq; viris sępenumero accidit: vt ad propositas ei de rebus etiam leuioribus, quęstiones aliquando caligẽt, q; acumen eorum quodam quasi situ obducto torpuerit, propter crassos, hebetesq; humores: qui spiritales ipsos meatus obtundere consueuerunt.

¶ Medicus in cura ægrotantis effugere debet horam ♄ Saturni, & ♂ quippe qui si prima uice ad infirmum se receperit hora falciferi, Phisicus ipse magnas animi molestias experietur, tanq; perplexus, & nimio torpore obductus in cura ægrotãtis illius, adeo quidem q; pharmaciæ, quas ei exhibendas iusserit, erunt noxiæ, ac perniciosæ. Imo æger ille, Medicũ ipsum odio persequetur, nec erit ei obsequosus. Hora ♂

¶ Sin Medicus prima uice se contulerit ad ægrotantem: hora ♂ accident rixæ, & indignationes inter utrumq;, & Medicus a domesticis propulsabitur, & nihil lucri, neq; honoris consequetur.

¶ Horæ autem ♃ aut ♀ laudantur: Aliorum denique Planetarum horæ sunt mediocres. ♃ ♀

¶ In principio ægritudinis, si horoscopus, eiusq; hospitator, fuerint a maleficis commaculati, æger sibi ipsi noxius erit, siquidem nec Medico, nec domesticis obsequiosus. Verum si in horoscopo fuerit quispiam Planeta beneficus liber ab infortuniis, æger obtemperabit Phisico, & domesticis ibi astantibus.

A 12 ¶ Si dominus ortiui cardinis in. 8. domo reperiatur, Septimæ autem ecodespotes in cacodęmone, & Planeta aliqis maleficus, per horoscopum natalicii thematis, aut ægrotationis peragrauerit, vel retrocesserit: æger erit causa sui interitus: ex inordinato eius ipsius regimine, & Phisici incuria, & mala pharmacorum exhibitione, quodq; ægritudinis causam penitus ignorauerit.

CLAVDII GALENI PERGAMENI

de diebus Criticis, siue Decretorijs, Axiomata.

Galenus. 1. de. 2 Criticorū. et. 3. de Crisi, etc.

MOTVS naturæ status, ordinatisq; periodis pro sui ratione procedere: & ipsam naturam sufficere, quum valida fuerit: & materiæ dominetur, & proprias operationes operetur. Et quod pulchrum omne (quod hic pulchrum) iudicatur, atq; etiam ordinatum, & artificiosum de sursum naturæ innasci intelligitur. Omne siquidem in hoc Orbe, ab illis cœlestibus corporibus, diuinis decus, & ornamentum capescunt, potissimum uero ipsi naturæ a ☽ Luna ordinem, statutasq; suorum motuum periodos innasci: non potentia, cæteros Planetas, sed uicinitate exuperante, omnibus in confesso est.

Galenus lib. 3.

Solis potestas maxima.

¶ Omninm certe superiorum Astrorum potentia fruimur. Verum ☉ Sol maxime hunc Orbem exornat, & continue disponit. Quippe Veris, Aestatis, Autumni, & Hyemis, auctor alius nemo extat. Nec alius tam manifeste, vel ex terrestri fece animalia generare potest, nec fruges maturare, neq; ad coitum, & generis propagationem animantia procreare.

Lune virtus magna

¶ Magna sane, & ☽ opera in hac rerum substantia apparent, uerum ☉ Solis effectibus posteriora. Etenim hæc menses perpetuo ordinat, idq; euidenter. Adeo ut in marinis beluis (quanq; & hoc ipsum ☉ Solis beneficio debeat) Nouū enim lumen sortitur, cum Sole primum fruitur. Tanta quippe eius portio illucescit, quantam ☉ Sol aspicit. Prorsus autem deficit, lucisq; expers redditur, vbi terra suo interuentu ipsam obtenebrarit. Quapropter a Solis recessu, omnes mutationes

Lunæ deliquiū.

sustinet, etenim plena est, quum diametra apparet, æqua portione diuisa διχότομος dicotomos, a Græcis appellatur.

☉ ☽ ☍

¶ Quum quadrangula est, incurua.

☉ ☽ □

¶ Quum Triangula, & falcatam speciem refert, Sexangulis prædita. Atq; tunc

☉ ☽ △

primum recens est, quum post Solis congressum apparet, obscuratur omnino, quū Solis ☉ lumen circa eam emergit. Igitur fructus auget, saturatq;, animantia complet. Ad hæc menstruorum statum tempus mulieribus conseruat, Item Comitialium circuitus custodit. &c.

¶ Luna particulares cuiusque Mensis dies disponit, non tamen ex æquo semper mouetur. Tum propter latitudinis immutationem. Tum propter signorum occasum, non æquali tempore euenientem. Insuper ob præteriti plenilunij tempus, vnde non semper unum tempus est, quo clare ☽ conspicitur: plerumq; triduo in ☉ Solis coitu remorata, plane inuisibilis est, quo nondum hæc terrena immutare potest.

Licet Luna non semp tres dies a Sole obtegat quū mane qñq; conspiciatur pri usq; Sol oriatur et vespere sequenti die vicina ui culari facie.

¶ Etenim ambitus uicenis diebus, Septenisq;, & tertia diei parte peragitur. In tanto enim tempore totum signiferi circulum percurrit, At ex eo tempore, quo ☽ nobis illucescit, colliges tot dies mensi conuenire. Si occultationis ☽ tempus eximas. Quod aūt menstruum tempus non omnino. 30. diebus constat. Sed adhuc unius diei fere dimidio.

¶ Hippocrates integro uno circulo demōstrauit, qn & uulgus ppe uniuersū nouit mensiū aliū quē κυλλὸν chilō greci noiant, quasi mutilū, & impfectū. 29. dies cōtinere.

Alium

Alium nempe absolutum. 30. nam vniuersos duorum dies 59. esse oportet. Siquidem vterque omnino. 30. minus altera diei parte continet.

¶ Aratus alibi verissime scribit de ☽ Luna, vbi primum post coitionem apparuerit: hoc modo inquiens.

Cynthia si cornu quo se sustollit in altum — Aratus.
Incuruum specie: velut annuat, affore coelo
Saeua procellosi praedicet flabra Aquilonis,
Rursus eo veniet pluuius Notus, hinc vbi partem
Pone supinati conspexeris, inque recliuem
Sponte habitum, quod si tunc lumen tertius ortus
Proferat: atque Deae conuoluat circulus ore
Suffusus rutilo, mox tempestate serena,
Spumosum late Pelagus concrescere cernes.

Non vnum depraehensa diem tibi signa loquuntur, — Aratus alibi.
Sed quae signa nouo dederit nox tertia motu,
Quarta'ue sustollit medios dum Cynthia vultus,
Durabunt coelo, medio quae edixerit ore,
Altera praeuisae iis signantur tempora Lunae,
Illa dehinc donec germani ad luminis ignes
Accedat, Phoebe mensis postrema notabunt.

S'in ortu in quarto, namque is certissimus auctor, — Virgilius primo Georgico.
Pura nec obtusis per coelum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluuia ventisque carebunt.

Atque haec vt certis possimus discere signis, — Virgilius Hesiodum imitatus, sic cecinit
Aestusque, pluuiasque, & agentes frigora ventos,
Ipse pater statuit quid menstrua Luna moueret,
Ipsa dies alios, alios dedit ordine Luna
Foelices operum. Quintam fuge, pallidus Orchus,
Eumenidesque satae. Tum partu terra nefando,
Coeumque, Iapetumque creat, saeuumque Typhoea,
Et coniuratos coelum rescindere fratres.

Quinta dies ab hora manifestae apparitionis ☽ extra ☉ stadios, in quibus Galeni testimonio, vt plurimum triduo commoratur, vtpote octaua esset infoelix, & fugienda, vti noster Mantuanus cecinit Homerus. — LVC. GAV.

Quinta autem ab hora synodi, siue coitus ☽ cum ☉ foret potius idonea, & foelix, quoniam ad exagonam Solis radiationem progrederetur. Alioqui Septima dies esset etiam infausta, quandocunque ☽ latitaret biduo sub radiis Solaribus.

Hesiodus in suis carminibus infra notandis loq; videtur: de huiusmodi diebus Decretorijs consequentibus motum ☽ in zodiaco, quos Medici Criticos etiam, atque Iudicarios, vocitant. In illis quippe conseritur duellum, siue pugna inter naturam, & morbum, & inde Medici sumere consueuerunt indiciū, de salubritate, vel interitu ægrotantis, & hi dies a Medicis potissimum obseruandi, & ab hora sensibilis læsionis computandi sunt. 1. 4. 7. 14. 21. 27. Vnde Hesiodus Poeta Latinitate Donatus, ita cecinit.

1 7 14
Primum prima dies, Dehinc Quarta, & Septima sacra est.
21
Septima lux rursum sacra, & præfulgida fiet.

Secundum igitur Hesiodum, Critici dies sunt. 1. 7. 14. 21.

Galenus Criticorum dierum libro. 3. inquit.

SI ☽ in Tauro fuerit, magnas facit commotiones, quum in Leone, Scorpio, & Aquario signiferum ambit, verum in Leone tetragona, idest, quadrata statio Septimanæ vnius existit. In Scorpio diametralis, duas habet septimanas. Ita quoq; in Aquario secunda quadrangularis statio dextra ad tertiam septimanam peruenit. Ideoq; necessario ☽ uicenis diebus, Septenisq;, & particula quadam adiecta, maxime tertia diei parte vniuersum signiferi ambitum peragit. Si namq; in tanto tempore totum orbem pertransire oportet. Constat quartam partem in. 7. prope diebus eam pertransituram, Lunæ tetragonæ, & diametræ stationes in principijs bonis, bonas faciunt alterationes, in malis malas. Atq; hoc etiam Astronomis inconfesso est. Hoc Galenus ad literam.

Luc. Gauricus contra Picum. Picus ille Ioannes Mirandulanus olim Poeta, Orator, & Philosophus celeberrimus, & sagacissimus. Astutam vapido seruans sub pectore vulpem.

Suopte ingenio sæpe sæpius de industria, & maliciose in suis scriptis assuetus, scripta illustrium virorum recitare, & in contrarium extorquere. In hoc Galeni exemplo perperam, contendit Galenum ita scripsisse.

Crisimos (inquit) dies, quos Latine Iudiciarios dixeris, ad ☽ Lunam referri vult Galenus lib. 3. de diebus Criticis, & duplicis, meminit Lunaris influentiæ. Altera a ☉ cuius excipit lumen. Altera a signis obliqui orbis: quæ motu proprio singulis mensibus permaneat ☽ Tum ponit ex sententia Astrologorum experientia cōprobatum in locis quadrangulis, atque oppositis, magnas a ☽ commotiones excitari. Quoniam quum fit diuidua, fit enim in quadrangulis fere locis a coitu cum Sole ☉ Rursus quum impletur quod in oppositis locis est a Sole ☉ Hijs autem temporibus nedum Aeris statum, & tempestates inmutet. Sed alterationes facit in corporibus humanis maximas.

Confirmat hoc auctoritate Aegyptionum asseuerantium.

Si in alicuius genitura ♉ Tauro stellæ fœliciter insederint, natum bene se habiturum, quoties ☽ Luna aut Taurum, aut quadrata signa, vel oppsita permeauerit, contra male, si in fœlices.

LVC. GAV. Hic Picus garrit referens male scripta Galeni. Nō enim sunt verba Galeni quę ipse narrauit, sed hæc præcise ad literam.

Si ☽ in ♉ fuerit magnas facit commotiones: Quum in Leone, Scorpio, uel Aquario

rio signiferum ambit. Verum in Leone ♌ tetragonus.i.quadrata statio septimanę vnius existit. In ♏ diametra duas habet septimanas: & paulo post, ita Galenus concludit.

Lunæ tetragonæ, & diametrę stationes, in principijs bonis bonas faciunt alterationes, in malis malas, atq; etiam hoc Astronomis inconfesso est.

Illud statunt ac firmum est, vt.6.dies tyrannica propemodum crudelitate perimat, Septima uero Regia benignitate liberet: Si noxiis cœlorũ afflatibus.6.afficiatur. salutaribus autem septima. — Galenus. Domus.6.egritudinibus depustur.

Hanc Galeni sententiam Picus abnegare uidetur, cõtenditq; illud quatenus in materiam redigi debeat, particularemq; aliquam laborantis hominis proportionem potiusq; noxiis, aut salutaribus cœlorũ defluuiis. Nos aũt cum Galeno affirmamus huiuscemodi ægrotantis proportionem ei insitam, & dearticulatam esse ab Astris & potissimum ab ipsa ☽ non autem suapte natura, sed tunc præcipue quũ materia morbi fuerit male, uel bene disposita ad suscipiendos perniciosos, uel salutares cœlorum defluxus, quum omnia corpora hęc inferiora, & quæ uel pubescente ☽ uel senescente contingunt in cerebro, ac venis, obnoxia sint superioribus illis corporibus diuinis, oportet enim (inquit Philosophus primo metheororũ) hunc mundum inferiorem lationibus superioribus esse contiguum, vt tota uirtus inde gubernetur. — LVC. GAV.

Si die septimo fit commotio humorum, rursusq;.14.nec per hos dies plerumq; uel in quadratis est locis, uel oppositis, igitur Critici dies non pertinent ad ☽ Lunã, nisi nos morbi semper in nouilunio aggrediantur. Alioqui nec die septimo ☽ dimidia, nec.14.plena respondebit, in quibus quadrangularis, uel aduersa ☉ Solis configurationibus ciet humores. hæc Picus. — Picus contra Galenum.

Si ☽ a parte signiferi in qua quispiã ægrotare cæperit ad.90.puenerit utpote tetragonica, ipsiusmet radiatione sinistrã, die septimo crises, viresq; exerceret, perinde ac si foret deuoluta a congressu ipsius cum ☉ ad quadrangularem radiationem sinistram, licet tunc non sit in cœlo diuidua. Sin ☽ ad partes signiferi.45.peragrauerit ab initio ægrotationis, uires concitaret semitetragonas; foret quippe tunc in parte dimidiati quadranguli etiam sinistra. Item quotiescunq; ☽ progrederetur ab ęgritudinis initio ad partes, usq;.180. diametrales scilicet eius ipsius radios, die 14.uel circiter crises prouocaret, quales si foret in heptagono ☉ Solis intuitu, licet tunc non sit lumine plena sicuti in ipso totilunio. — LVC. GAV.

In partibus præterea zodiaci.270. dextro uidelicet eius tetragono crises irritaret perinde ac si ad secundã cũ ☉ quadrangulam radiationẽ dextram foret deuoluta die.21. ab hora sensibilis lesionis. Luna igitur in quadrangularibus, & oppositis locis suis humores ciet. Quales si foret cum ☉ diuidua seu luminibus plena Quo fit vt dies critici ad ☽ ipsam potissimum pertineat. Est siquidem causa particularis efficiens crises ☉ autem vniuersalis.

Circuitus morborum qui diebus constant, septimani sunt, & lunari modo incedunt. Notabilius enim ☽ imprimit in quartis diebus, & septimis hebdomadæ suę, si non fuerit impedita: quarta dies hebdomadæ morbi, non est quarta hebdomadę lunaris. ☽ igitur in.4.&.7. sui mensis alterationes maximas efficit. Nihil igitur mirum alicui esse debet: si naturæ desursum insitum, atq; innatum sit, vt in — Galenus.

Quo in

Acutis morbis, & in iudicijs faciẽdis ipsa similẽ obseruet ordinẽ in sui mensis quartis,& septimis:vt in eis maximas mutationes efficiat, sicut etiam in morbis diuturnis naturę insitũ est:vt Solem imitetur. Qui in.4.anni temporibus maximas facit alterationes in Aere circũfluo, sic & natura ꝓportionabiliter in longis ægritudinibus. Vnde Hyppocrates inqt, Aestiuos morbos in hyeme solui: hyemales ęstate.

¶ Arnaldus de Villanoua in suo speculo.

Sunt autem principales dies Decretorij.4.&.7.in qualibet hebdomada,& hi causantur a natura operante secundũ regulam influentię, seu instinctus cœlestis: qui est occulta informatio: vel innata quę regulat ipsam ☽ ad imitandũ in hebdomadis sui mẽsis, secundũ cursum Lunę in situ Planetarũ tanq̃ propinquiores elemẽtali materię. Vnde sicut ☽ facit notabiles impressiones in quartis diebus hebdomadarũ sui mensis.Itaq; corpora insuscipiendis lunaribus impressionibus aptiora sunt in illis diebus hebdomadę lunaris: & notabilius immutãtur ab ea. Sic & natura corporis humani supra naturam in quam operatur.

LVC. GAV. Galenus lib.3.Cap.6.de diebus decretorijs ꝓbat ęgrotationes hominũ, siue crises in acutis potissimum morbis referri ad motũ ☽ & ibi nonsolũ repręhendit: immo grauiter obiurgat illos qui negant corpora hęc inferiora affici a motu,& lumine cœlestiũ corporum.Quinetiã inquit,Sophisticũ esse manifestam:negare experientiam,& tandẽ concludit morborum crises potissimũ referri ad ☽ est enim terris ꝓximior:q̃ cęteri Planetę,Quo fit vt efficacius agat,atq; operetur.Sol ☉ aũt est causa magis vniuersalis mutationũ Lunę,& naturæ humani corporis. At natura instinctu suo,& ordine a superioribꝰ sibi insito,atq; innato causa est ꝓxima, & particularis efficiens crises: & morbi qui eueniunt a natura, & principio extrinseco, vt quæ fiunt in quartis,& septimis, necnõ ab extrinseco:vt ab Aere circumfluo Lunam ipsam sequuntur,idest,imitantur.

Lunam per cœli quartas, hebdomaticosq; dies certũ est,commotiones: impetũq; in rebus inferioribus inferre,& crises excitare.

Vehementiores autem crises sunt quæ ad.14.diem veniunt.Minus hijs quę ad.20. vsq; pertingunt, inde ad.40.productæ.Adhuc etiã minus vehementes accidunt:in illo siquidem perfecte soluuntur.

Proportio autem dierum decretoriorum perpetuo seruatur, vt enim.14. secundæ septimanę finis,& tertię principium,ita.34.quintæ terminus est,& sextæ initium. Quare tres septimanę.20.diebus semper distribuuntur.

LVC. GAV. ¶ In diebus criticis semper quodamodo vehementiores pugnæ oriri solent,q̃ in reliquis: propter euidentissimum signorum dissidium : ratione scilicet qualitatis, & sexus in □ vel ☍ Medioere vero, & pene nullum accidit duellum, in diebus, quos intercidentes vocitant:de quibus infra pertractabitur.

Manilius lib. 2. cap. 11.

	Oppositio.	
Quod si forte libet,quę sunt contraria signa,		
Per titulos celebrare suos sedesq;,memento	♋	♑
Solstitium brumę,Capricornum opponere Cancro:	♈	♎
Lanigerum Librę,par nox in vtroq; dies est.	♍	♓
Piscibus erigonem,Iuueniq; vrnæq; Leonem.	♌	♒
Scorpius e summo quum fulget,Taurus in imo est.	♉	♏
Et cadit Arcitenens,geminis orientibus orbe.	♊	♐
Obseruant inter sese contraria cursus.		

Quoniam

Quoniam ☽ interdum est uelox, quandoque uero tarda motu, necessum est, Dies etiã Criticos inter se uariari, neque semper in eandem diem celebrari, frequentius tamen in die. 7. propter tetragonam eius radiationem sinistram. In. 14. autem die, Crisis 2. apparet, quoniam in sui ipsius diametro ☍ Tertia uero Crisis accidere consueuit die. 20. uel. 21. propter quadraturam ipsius dextram. ¶ Fit præterea aliquando Crisis die quinta, quando scilicet ☽ ad eius exagonum progreditur. Die insuper. 11. ut pote in △ trigono suo quãque △ in. 10. &. 11. die accidat, & ex cõsequenti Crisis ad salutem, potiusque ad perniciem. ¶ Similiter non minus in. 20. quã. 21. quandoquidem ☽ ad secundum eius tetragonum locum progreditur.

¶ Lunaris motus interdum uelocior est, interdum tardior, nihilominus secundũ medium eius motum est æqualis gradibus fere. 13. singulis. Quum enim ☽ inferiora epycicli permeans, uelocius fertur, & tũc sexta die ad quadrata signa pertingit, &. 13. interdum ad opposita. Quum uero superiora, tardius circumfertur, non priusque. 8. uel. 9. in quadrangulari fit loco, & illas dies Criticas esse dicunt Astronomi: *Si enim* ☽ *cursus est tardus, tunc*. 8. uel. 9. die commouerentur humores. Quum uero. 6. uelox. Quum modo quodam medio se habet, septima, Concitatiores autem differuntur commotiones ad. 8. uel. 9. diem. Luna enim quum ad signũ ab eo loco quartum peruenerit, uel septimum, in quo fuerat inuadente morbo suscitat in humoribus ęgrotationẽ die. 7. Verum precipui dies Critici sunt. 7. & 14. siquidem peruenit ☽ die. 7. ad signum ab illo quartum, quod renuit inchoante morbo. Die autem. 14. ad signum oppositum. Quum septem, & uiginti diebus, & tertia fere diei parte restitutionem suam absoluat. Luna enim in his locis quadrangulis scilicet, & aduersis citat comotionesque facit per hos dies. 7. &. 14. quibus ad ea loca peruenit, ut morbi quoque tumultus excitetur. Ad salutẽ quidem ægritudine prospera, ad mortem uero perniciosa. Et diem. 20. Galenus credidit esse Criticum, uti uoluit Archigenes. Est enim ipse quoque. 20. dies, septimus a. 14. &. 27. a. 20. nam cursus ☽ diebus. 27. & horis. 8. adiectis consumatur.

¶ Quod si in quatuor hebdomadas partiaris, & hebdomada quælibet ex diebus. 6. & horis. 20. Quare hebdomadæ tres, dies habebunt. 20. horasque. 12. quocirca 21. dies, hoc est, tertius in lunari cursu, partim ad. 20. diem naturalem, partim ad 21. pertinebit, nam eius horæ. 12. terminabunt. 20. reliquæ. 4. inchoabunt. 21. atque ita fiet Critica commotio, die. 20. perueniente ☽ ad secundum quadrangulum in hebdomada, scilicet, tertia, si ad. 21. diem naturalem differatur: sicuti in diuturnioribus diebus accidit, erit ☽ tarda. Si ad. 20. uelox, hic per numeros pares, illic per impares, Luna discurrente accidit.

¶ Archigenes acutorum morborum finem dixit esse. 14. diem. Diocles autem. 20.

¶ Celsus ait, diem. 14. esse pollentiorem. 7. septimo: habita ratione ad ☽ Lunæ peragrationem.

¶ Iudicia, siue Crises ipsæ singulis diebus accidunt, sed neque pares numero, neque ex ęquali fide, hoc intercidit discriminis inter illas, quod aliæ salubres, aliæ uero malæ eueniunt. Quædam cum pluribus, & difficillimis symptomatis, & maiore certamine nonnullæ statim ab initio tuto accidunt. Quin etiam in hoc plurimum differunt, quod hæ deficientes illæ perfectæ sunt. Nec minus quàm aliæ certis, statisque diebus indicatæ prius fiunt.

Ex Galeno.

Grad. M. 2. 13. 10. 35. M. M. Lunæ.

D. H. 27. 8. Menstio. 6. 20. 1. 13. 16. 2. 20. 12. 3. 27. 8. 4.

Galenus lib. 1. de Criticis.

Symptomatis, id est accidentibus.

Aliæ repente,& ex improuiſo non indoctis modo,ſed peritis etiam artificibus eueniunt. Tot enim iudiciorum, quot dierum Decretoriorum differentiæ exiſtunt. In. 12.etiam &. 16.die nullum unquam iudicatum uidi, in.6. iudicantur:ſed cum difficilibus ſymptomatis,& periculo non mediocri. Quis enim uel.7.uel. 11.uel. 14. uel dies quoſdam ſimiles non dixerit eſſe iudicarios (nempe opinor) Plerumque bona iudicia eueniũt,in die.7.hoc etenim,& preter cęteros accidit, quanquam nonnulli etiam in eo moriantur:pleriq; .6.moriuntur. Sextum diem malum eſſe Decretoriũ dixere quemadmodum ſeptimum bonum,non tamen ſic euenit ſimpliciter.

Morborum ſolutiones quæ ſubito, uniuerſimque fiunt, excretionem quandam, uel abſceſſum euidentem requirunt. Dierum uero in quibus eueniunt, naturas eſſe diſtinctas,etenim ſepteni,& frequenter ſoluere, & perfecte,& cum fide,& ſalubritate & ſine periculo, & clare, & notabiliter. Sextum frequenter quidem, & ipſum ſed non ſeptimo ſimilem, nam & pauciores ipſum iudicare, & ſolutionis modo plurimum differre,neque enim bonas ſalubres ipſas eſſe:uerum malitioſas plurimas,neque ſi bonas omnino & perfectas,quia nonnunquam morbus reuertitur.

Prænunciatiui.	Decretorij.
4	7
11	14
17	20
18	21. raro.

¶ Sed quartus ipſius.7.iudex eſt, Septimi uero naturam. 14. maxime imitatur. Dies.3.&. 5. merito decernunt,ideſt, ſunt Decretorii, & Indicatiui. Decretorius itaque fortiſſimus omnium eſt dies. 7. prænuncius enim eius eſt dies quartus. Hæc duo habes ut Decretorius minor ſit,& ſeptimus Iudex. Deinde. 11.&. 14.deinde frequenter quidem. 17.ad.20.raro autem. 18.ad. 21.eandem rationem habet,quã cum ſeptimo quartus,& undecimus cum quartodecimo.

Die	Lune
20.	velor.
21.	tarda.

Meo autem iudicio Luna cum ſilet non ſemper habet vim permutandi hec inferiora.

¶ Conciliator, Petrus Aponenſis, uſquequaque doctiſſimus, non per paria facit cum Archigene,criticum influxum ad diem utrãque. 20.& 21.pertinentem, ſed colligeretur totam.20.diem eſſe criticam,at.21.non eſſe. Sic igitur Galenus commentus eſt,tempus quo ☽ ad Solis coitum redit. Dies autem. 29.horas. 12. continere Qui vulgo menſis exiſtimatur. Demamus igitur dies.3.quibus ☽ nõ apparet obruta Solaribus radiis, quoniam tunc permutãdi inferiora tantam uim non habet:reliquerunt dies. 26.horæ. 12.fere enim tres dies occulitur,atque hos dies,quod eſt ſpacium lucentis Lunæ,utpote dies.26.cum horis. 12.ſi adiiciamus diebus.27.& horis.8.quibus ☽ peragrat ſigna. 12. proſilient dies. 53. cum.20. horis. Quorum medietas eſt dies.26.& horæ.22.menſis quippe medicinalis.

D.	H.	Menſes.
29.	12.	Coitioni.
3.	0.	dormatur
26.	12.	lucẽ lun
27.	8.	pagrati.
53.	20.	generis.
26.	22.	medicinalis
Medicorum mẽſis		

d. h.

¶ Dictus aũt poſtea hic numerus. 26. 22.auctoritate Galeni menſis medicinalis. Sicuti eum qui ex diebus. 29. cum horiſque. 12. fere menſem coitionis:appellant, ui uero ex diebus.26.horis. 12. manifeſtæ viſionis, qui ex.27. & tertia diei parte,horis,ſcilicet.8.menſem peragrationis, uocitant , ex hoc autem inuento, quod uolebat Galenus aduerſus Archigenem aſſequebatur. Nam ſi totus menſis ex diebus.26.horiſque.22.conficitur:erunt hebdomadæ huius menſis ſingulæ ex diebus 6.horis. 17.minut.30. Quare medietas menſis dies. 13. horis. 11. ſeptimanæ igitur diei naturalis primæ horæ, ad. 17.uſque, ad ſeptimam quoque medicinalis menſis diem ſpectabunt: proptereaque eunt Critice. Reliquum uero diei ad octauum medicinalem pertinebit.

Dies. 14.naturalis. 11.tantum habebit primas horas,ex poſtremis. 14.medicinalis,cuius antecedentes horæ. 13. cum tertia diei naturalis computabuntur. Ter-

tiam uerò hebdomadam Medicinalem, quum sit hebdomada quælibet dierum 6.horarũ.17.& dimidia parte horæ terminari in.20.die naturali. Tantũ horæ 4.cum dimidia parte horæ superexcrescentibus,quæ in.21.referuntur. Dies igitur.20.Critica est.Item &.21.& plerumq; in Criticis morbis dies.13. plus Critica erit dicenda q̃.14.Quum illa horas,13.Criticas,hæc tantum.11.habeat. D. H. Menses. 20.12.Medicin. 29.12.Coitio. 16.12.Apparit. 27.8.Peragrat.

D.	H.	Menses.
26	22	Medicinalis
13	11	Medietas.
6	17	hebdomada.
14	0	2.hebdomad
13	11	subducatur.
0	13	residuum.
0	6.30	Medietas.
13	11	Addantur.
13	11	
26	22	Medicinalis.

D.	H.	M.	Hebdomadæ
6	17	30	1
13	11	0	2
20	4	30	3
26	22	0	4

¶ In genere Criticorum dierum dies.7.est maxime critica, quippe grauior est q̃.14. & cæteris pollentior habita ratione ad uirtutem, & causam corruptiuam ab Astris insitam,licet.14.dies crebriores faciat Crises. Acutorumq; morborum in diebus paribus fieri, iudicium præcipit. Dies siquidem pares raro admodum Criticant.Die igitur.6.Crises non fiunt. Iubet tamen quatenus singuli dies Indicatiui sint quaternarij a die in qua futura est Crisis perfecta. Dicuntur autem dies Indicatiui, in quibus materia non omnino digesta est: proxime vero ut digeratur, siue in quibus imperfectæ contingunt Crises,propinquissime tamen perfectis. Hippocrates. Ex fonte Hippocratis. Dies pares. Indicatiui.

¶ Hæ igitur accessiones per.4. auctæ in.20. finiuntur, verum huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest. Quippe quum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerantur, ut annus ad. 366. dies particulam diei non complectatur. Hippocrates in libro prognosticorum.

¶ Simplicissimæ febres ac signis firmatæ seuerissimis.4.die,aut citius desinũt:Deterrimæ uero,ac signis affligẽtes difficilimis.4.die,aut citius interimunt. Itaq; primus impetus hunc in modum finitur.Secundus uero ad.7.producitur.Tertius ad 11.Quartus ad.14.Quintus ad.17.Sextus ad.20.ex additione terminatur,fieri autem non potest, ut horum nullum integris eximie numeretur, nec enim annus, ac mensis integris numerati diebus natura apti sunt. Alij quicquid in buccam uenerit, effutiunt,nam eo stupiditatis ueniunt qui huiscemodi nugantur, ut quum de septimana,uel de alio quouis dixerint,non contenti solis huiuscemodi ineptiis addunt Pleiades.7.& vtraq; Vrsam.7.in Thoebis portæ.7.hostia Nili.7.Planetę hæc dicunt qui in nugacitatem incidunt,& ita dies.7. dicunt esse Decretorios. 3.prognostico.

	Ad.
2	7
3	11
4	14
5	17
6	20

Pleiades. 7 Por.e Thebis. 7 Hostia Nili. 7 Planetę. 7 Hebdo. dies. 7

¶ Quoniã sequens textus Galeni est subobscurus: presertim Medicis,diuinæ Matheseos ignaris,atq; admodũ difficilis: Idcirco ipsum Astronomice enucleabimus. LVC.GAVR.

¶ Quum apparitionis manifestæ, & efficacis tempus fit.26.& dimidius,Signiferi uero circuitus expleant.27. dies cum tertia unius parte. Liquet medium ipsorum fore.26 diem ad hoc tertiam maxime,& duodecimam unius diei partẽ. Galeni verba.

Siquidẽ ubi utraq; tẽpora dimidio coniunxeris,mediũ ipsum inuenies. Ad hoc tẽpus medium, diebus.27. duodecima vnius diei parte deficit. Quia si in.4. partes

ipſum diuidas, exactum ſeptimanæ tempus offendes, non ſexta modo diei parte, ſed etiam maiore indigens. Sumatur enim ex.26. diebus,& dimidio, pars quarta, & vnius diei tertia:& duodecima, Erit autẽ tempus dierum.6.& dimidij, & quinta pars,& particulis alijs minoribus inſuper adiectis,quæ ſunt ſexageſima prima: Deinde centeſima vigeſima,ducenteſima quadrageſima.

¶ Idem tempus & hoc dici poſſet dierum.6.&dimidij,& ſextæ partis diei, & vigeſimæ quartæ,& ſi exacte computes ſexageſima parte,centeſima vigeſima, & ducenteſima quadrageſima. Quæ quum ita ſe habeant tres ſeptimanæ.20.diebus,& ſexta vnius diei parte compræhendentur.

¶ Proinde ſi hunc in modum exacte rationem ineamus,trium ſeptimanarum numerus paulum ad.20.dies accedet:Atq;.15.multo magis q̃.20. & vni erit propius. Iam enim oſtendi ſecundum rei veritatem,& Hippocratis ſententiam in opere prognoſticorum patet, nullam ſupputationem per dies integros fieri poſſe,hoc eſt abſolute, citraq; fracturam , neq; ſeptimanarum, neq; quaternario , neq; menſis, neq; annus,neq; alius quiuis numerus.

		Dies.	Horæ.	
	Apparitionis manifeſtæ,& efficacis ipſius ☽ tẽpus.	26	12	
Luc. Gaur. interprete.	Signiferi circuitus,ſiue mẽſis peragrationis ipſius ☽	27	8	
	Diei unius naturalis pars tertia.3.	0	8	
	Liquet medium ipſius fore	26	0	
	Ad hoc tertiam maxime	0	8	
	Duodecima unius diei pars	0	2	vtraq;
	Siquidem ubi utraq; tempora.vj.	0	10	tempora.
	Iunxeris medio.	26	12	
	Medium ipſius inuenies, Menſem ſcilicet Galeni.	26	22	
	Tempus manifeſtæ apparitionis ☽	26	12	
	Peragrationis ☽ tempus ſub zodiaco.	27	8	
	Vnius diei naturalis pars.3.	0	8	
	Diei naturalis.12.portio.	0	2	
	Vtraq; hæc tempora ſi coniunxeris dimidio.	0	10	
		26	12	
	Inuenies medium ipſius,menſem Galeni.	26	22	
	Menſis manifeſtæ apparitionis	26	12	10
Vel melius.	Menſis Medicinalis,ſeu Galeni	26	22	
	Menſis peragrationis ☽	27	8	10
Aliter, et clarius.	Si coaceruaueris vtraq; hæc tempora.	26	12	
		27	8	
	Proſiliet aceruus vtriusq; menſis.vj.	53	20	
	Si aceruus iſte bifariam ſecetur prodibit.	26	22	Mẽſis Gale.

	Dies.	Horæ.	
Ad hoc tempus medium	26	22	
Deficit a mense.	27	0	
Duodecima unius diei naturalis pars quæ est.	0	2	
Si enim ab diebus.27.integris diduxeris horas.2. relinquentur dies.26.horæ.22.			
Quod tẽpus.26.22.si in.4.partes diuidatur mox exactum septimanæ tempus offendes.vj.	Dies. 6	Horæ. 17	Minutæ. 30
Non modo sexta diei parte quæ est.	0	4	0
Sed etiam maiore indigens.vj.	0	0	30
Mensis Galeni, seu medicinalis	26	22	0
Hic si quadrifariã diuidatur prodibit hebdomada.	6	17	30
Sumatur, siue subtrahatur ex istis	26	12	0
Pars quartã unius diei naturalis	0	8	0
Et duodecimã unius diei portio.	0	2	0
Mensis Galeni.	26	22	0
Erit tempus unius hebdomadę: dierũ.6.& dimidij.	6	12	0
Et quinta pars unius diei quæ est.	0	4	48 Adde.
Tempus hebdomadæ, est.5.pars	6	16	48 cõger.
Et particulis alijs minorib^o insupadiiectis q̃ sequunt			
Sexagesima prima	0	0	24
Centesima vigesima	0	0	12 Adde.
Ducentesima quadragesima.	0	0	6
Congeries, tempus septimanæ unius	6	17	30
Hoc idem tempus dici potest dierum	6	0	0
Diei dimidij tempus	0	12	0
Sextæ partis diei.	0	4	0
Vigesimæ quartæ partis diei	0	1	0
Quadragesimæ octauæ.	0	0	30
Vnius septimanę dies, siue tempus.	6	17	30
Hi dies hebdomadæ medicorum in se quater ducti efficiunt precise mensem medicinalem.	26	22	0
Ab diebus hedomadæ integræ.vj.	7	0	0
Abest septimanæ huius imperfectæ tempus.	6	17	30.sub.

Aliter.

	Dies.	Horę.	Minutę	
Quod deest ab hebdomada integra.	0	6	30	residuū.

Vel vt ait Galenus.

	Dies.	Horę.	Minutę
Ab dieb^9.7.hebdomadę abest uni^9 diei quadrāte	0	6	0
Et si exacte computes.60. sexagesima parte.	0	0	24
Centesima vigesima.120.	0	0	12
Ducentesima quadragesima.240.	0	0	6
Tantum abest ab.7. diebus septimanæ integræ.	0	6	42
Hebdomada integra.	7	0	0
Id quod abest videlicet.	0	6	42
Residium septimanæ Medicorum.	6	17	18

Vel breuius.

	Dies.	Horę.	Minutę
Quadrans unius diei naturalis.	0	6	0
Sexagesima.60.unius diei.	0	0	24
Ducentesima quadragesima.240.	0	0	6
Congeries quę deficit a septimana integra.	0	6	30
Septimana integra.	7	0	0
Congeries suprascripta diducatur.	0	6	30
Hebdomada Galeni non integra.	6	17	30
Tres septimanæ mensis Galeni.	20	4	30

Galeni verba.

¶ Quæ quū ita se habeant, tres septimanæ. 20. diebus, & sexta unius diei parte compræhendentur: proinde si hunc in modum exacte rationem ineamus: Trium septimanarum numerus paululum ad.20.dies accedet, atque is multo magis q̃ʒ uiginti,& uni erit propius.

Dies.	Horę.	Minutę	Hebdomade.
6	17	30	1
13	11	0	2
20	4	30	3
26	22	0	4

¶ Mensis illuminationis est euagatio ☽ A prima eius occultatione ad.2. cum ☉ cōfigurationem, siue occultationem. ¶ Mensis peragrationis in quo ☽ ab designata quapiam cęli parte permeās 12. Signa, redit ad eandem signi partem a qua prius discesserat,& mēsem perficit in diebus. 27 horis.8.fere.

	Dies.	Horę.	Minutę.
Mensis peragrationis ☽	27	8	0
Mensis manifestæ apparitionis ☽	26	12	subducito.

	Dies.	Horę.	Minuta.
Residuum utpote dria horum mensium.	0	20	0
Differentiæ huius supra notatæ medietas.	0	10	Adde.
Mensis manifestæ apparitionis.	26	12	
Mensis Galeni, & Auicennæ, & alioꝝ medicorũ.	26	22	productum.
Menses. Coitionis mediæ ☽ cum ☉	29	12	44. cois.
Menses. Peragrationis ☽ in signifero.	27	8	0
Menses. Apparitionis manifestæ.	26	12	0
Menses. Medicorũ præcipue Galeni.	26	22	0
Mẽsiũ hebdomadæ. Peragrationis ☽	6	20	0
Mẽsiũ hebdomadæ. Manifestæ apparitionis ☽	6	15	0
Mẽsiũ hebdomadæ. Galeni, & Medicorum.	6	17	30
Mẽsiũ hebdomadæ. Ciuilis præcipue cõmunis.	7	12	0
Mẽsiũ hebdomadæ. Intercalaris, seu bisextilis.	7	18	0
Mẽsiũ hebdomadæ. Coitionis Mediæ.	7	9	10

¶ Præterea uti colligitur ab Auicenna.4.canonis.fen.2.Tractatu.2.capit.2.Mensis medicinalis componitur ex mense manifestæ apparitionis ☽ & medietate excessus quo mensis peragrationis excedit mensem apparitionis manifestæ ipsius ☽ qui quidem mensis est dierum.26.& horarum.22 (ut sæpius dictum est supra) & ipse diuisus in.4. hebdomadas, non continet dies.7. præcise completos, sed dies.6. horas.17.minut.30. quanta est Galeni, & Medicorum hebdomada.

		Dies.	Horę.
Mensis	Peragrationis.	27	8
Mensis	Apparitionis.	26	12 sub.
	Excessus.	0	20 pduct.
	Medius excessus.	0	10 adde.
	Apparitionis.	26	12
	Medicorum.	26	22 mensis.

¶ Ptholemæus Enunciato.87.Mensium conuersiones fiunt ex diebus.28.horis duabus, ac minutis circiter.18

¶ In quolibet enim anno Solari.13.fere lunationes celebrantur, unde totidem quoq; menses Lunares constituti fuerunt. Si enim dies anni Solaris.365.cum quadrante diei, utpote horis.6. diuiseris per.13. prosiliũt in quotiente.dies.28.horę.2.minutæ.17.Z.37.Quos si adiieceris diebus, horis, & minutis, annuæ conuersionis, statim sequentis menstruæ conuersionis tempus ad amussim prodibit.

Menses	Menstruæ ☽ Conuersiones. D.	H.	M.	Z
1	28	2	17	37
2	56	4	35	14
3	84	6	52	51
4	112	9	10	28
5	140	11	28	5
6	168	13	45	42
7	196	16	3	19
8	224	18	20	55
9	252	20	38	32
10	280	22	56	9
11	309	1	13	46
12	337	3	31	23
13	365	5	49	0

Ptholemeus. Aphorismo. 61

¶ Luna propria est corpori, propter consuetudinem eius in operatione.

Haly Rodoan.

¶ Luna significat ea quę sunt corporis, quia illi secundum naturam similia sunt.

Trapesuntij expositio.

¶ Per hunc Aphorismum soluit obiectionem, quæ poterat oriri in præcedentibus. Mirum enim uideri posset, quare Lunæ quadraturas ad locum ubi fuit, in principio morbi sic capimus, atq; diuidimus, ut nullam uideamur stellarum fixarũ aliorumq; Planetarum curam habere.

¶ Soluit igitur huiuscemodi obiectionem, quoniam ea quæ corporis sunt ☽ significat, & affert rationem, quia illi scilicet ☽ similia sunt corpora animalium, crescũt enim & attenuantur, atq; replentur Lunæ incrementa, & attenuationes sequentia.

Pontano interprete 61. Enunciato.

¶ Luna significat ea quæ corporis sunt, & quæ ei pro motu similia sunt.

¶ Non solum apte: uerum etiam necessario, enunciatum hoc à Ptholemæo subijcitur, quo docemur, rationabile esse, ut ☽ motus a Medicis obseruetur, quum corpora ipsa sequantur Lunam, ☽ enim, inquit: significationem, atq; imperium habet eorum quæ corporis sunt. Dixit autem corporis, q; ea quæ spiritus sunt ☉ Soli magis attribuuntur. Quod autem ☽ corporibus imperet, incrementa, atq; decremẽta ipsius plane docet. Siquidẽ crescente ☽ corpora implentur, atq; humoribus exuberant. Decrescente uero, magis, ac magis euacuantur, atq; arescunt, id quod in omni siluestri materia cedẽda etiam a rusticis obseruatur, namq; materia cæsa quũ ☽ lumine aucta est (q; humidi fiat accessio) marcet, ac breui etiam tempore carie conficitur. Siquidem humidum ipsum suapte natura, & facilius, & citius corrumpitur. Contra uero, cæsa materia quum decrescens ☽ perq; exigua est lumine, diutius perennat: namq; tunc siccior, atq; attenuatior est, non tam facile corrumpitur, hoc ipsum etiam in conchilijs, cancrisq;, in uulneribus capitis manifestissime cernitur, estq; res clarior, q; ut probatione multa indigeat. Nil mirum igitur si corpus febribus affectum, pro motu, ac statu Lunæ ☽ alias maiores, alias minores commotiones sentiat, quando etiam ubi sanum, ac firmum est, ad illius motum nunc abundantius se implendo, nunc tenuiter extenuando naturaliter moueatur.

LVC. GAVR.

¶ Huius Aphorismi. 61. sensum recte interpretatus est Pontanus, ipsa etenim ☽ potissima causa ė alterandi corpora hæc inferiora, quum motrix, & concitatrix sit humorum, uti etiam testatur Ptholemæus Aphorismo. 56. dum ita scripsit.

Ptholeme⁹. 56. Enunciato.

¶ Quum ☽ est in primo quadrangulo, hoc est, ex quo a ☉ coitu recessit, humiditates corporum ad secundum usq; effluunt, in reliquis autem decrescunt.

Pontani verba.

Ab.	Ad.		
☍	□	1	humida.
□	☍		calida.
☍	□	2	sicca.
□	☍		frigida.
☽ cum ☉			

Ab	Ad		qualitates
☍	□	1	Aeris. Veris.
□	☍	o	Ignis. æstatis.
☍	□	2	Terrę. autũni.
□	☍		Aquę. hyemis.

¶ Ptholemæus in primo Apotelesmatum libro, ait.

¶ Lunam ab exortu ipso quum crescere incipit, quousq; semiplena fit, humiditatis amplius effectricem esse, inde ad plenitudinem usq;, caloris. Post plenitudinem uero donec iterum semiplena fit, siccitatis. Atq; inde ad coitum usq; frigiditatis.

¶ Quocirca Luna ipsa in primo orbis sui quadrante naturam Aeris, in. 2. Ignis, in. 3. Terræ, in. 4. naturam Aquæ, magis sequitur, hoc est, Veris, Aestatis, Autumni, & Hyemis: qualitates magis excitat. Ac nihilominus Luna ipsa semper est humida, quum sit eius qualitatis domina, siquidem ☽ humiditatem sequuntur

quũtur inferiora corpora,quum ☽ ipſa ſequatur excreſcentem Solis radiationem. Qua decreſcente q; ☽ quoq; decreſcat humiditas. Corporum ſimul humiditates decreſcunt,quæ res in cedenda materia, in cancris fluuialibus, in cerebro,in venis, manifeſtiſſime cernitur:Creſcente enim ☽ humidũ in iis effluit,decreſcẽte decreſcit.

¶ Luna cum cæteris Planetis non recipit peregrinas impreſſiones, alioqui foret corruptibilis,idcirco non eſt humida,neq; ſicca, neq; calida, neq; frigida. Sed quũ in hæc inferiora agat: mediante motu,& lumine influit potius caliditatẽ. Sed quũ penitus reſoluere non poſſit vapores Terræ,Aeris, & Aquæ, qui ab ipſa, & Sole ſurſum eleuantur,plurimæ in corporibus pleriſq; inferioribus remanent humiditates.Idcirco ☽ ipſa,ab ignaris Philoſophiæ dicitur,frigida,& humida. LVC. GAVR. contra Pontanũ

¶ Pontanus igitur circa Lunæ defluxus,non recte philoſophatus eſt.

¶ Multiplici etiam experientia comprobare poſſumus, Quatenus Luna creſcẽte, multa animalia creſcunt,decreſcente autem decreſcunt.Compertum quippe eſt in oſtreis, cancris, cocleis, & pleriſq; aliis animalibus maritimis, quæ Luna creſcente, ſucculẽtiora fiunt, q; decreſcente. Item per vulneratos, nam ſi quiſpiam ſaucitus fuerit,Luna ipſa peragrante ſignum,quod illi membro vulnerato prædominatur, vulnus illud plerumq; ex humorum affluente exuberantia ingraueſcit,huiuſcemodi igitur humorum excreſcentia,ab ipſo Lunari motu defluens (ruſticis etiam in confeſſo eſt: nolunt quippe arbores incidere ☽ creſcente) Experientia quippe rerum magiſtra,multis ante ſæculis compertum habuerunt: immo ſemper (quodammodo) obſeruauerunt,& hodie obſeruant adhuc,ſtirpes,& trabes cæſas in plenilunio,paulatim putrefieri,& carie confici, ob nimiam humoris plenitudinem. Luna ſiquidem luminoſa humores affluunt,decreſcente uero decreſcunt.

¶ Ex motu præterea ipſius ☽ cauſatur fluxus,atq; refluxus Maris,aſcendẽte enim Luna ☽ motu primi mobilis ad ſummum vſq; cœli apicem, interſticio horarum 6.cauſatur fluxus, a culmine uero ad occaſum horis totidem refluxus, quod millies iam uidimus in Venetiarum vrbe inclita,atq; celeberrima. Fluxus, et influxus Oceani.

¶ In morbis denique (veluti ſuo loco pertractabitur) ſunt pleriq; dies,& horæ quibus declarantur corpora animantium ad ſalutem,vel interitum: Et ii dies nuncupãtur a Medicis Critici,ſeu Decretorii.Quippe qui in illis excitati ſolet pugna,ſi ue duellum naturæ cum ipſo morbo, idq; potiſſimum accidere conſueuit, quando cunq; ☽ peragrauerit ad tetragonam,aut hepthagonam:ſiue diametralem, ſuimet loci radiacionem:qui fuerat in principio ægritudinis. Quo fit vt dies. 7. 14. 21. 28.Critici a Medicis appellentur.Indicatiui autem dicuntur, ſiquidem ab ipſis ſumitur indicium,ſiue iudicium , ad dies Criticos de ſalute , vel interitu ægrotantis. Quando enim in huiuſcemodi diebus reperiretur ☽ & ſtella quæpiam ſalutaris, vel fẽlices beneficarũ radii , phiſicus humani corporis moderator Aſtrorũ nõ vſq; quaq; ignarus criſim pſperã vaticinari poterit,ſin ſecus aduerſam,ſiue pnitioſam. Claudius inſuper Ptholemæus,qui ſub Adriano,& Antonio floruit,primo Apotelesmatum libro,capite de viribus ſtellarum erraticarum,inquit.

¶ Maior autem ☽ vis eſt humectare,eſt enim Terræ propior,a qua vapor humidus ab imo,vſq; ad eam,aſcendit , quapropter ad hunc modum muratione manifeſta corpora mutat, nam quàplures earum rerum partes quæ infra corpus exiſtũt maturat,& putrefacit. In prima translatione Arabica



Pr altera trans/ latione cum qua

¶ Maior enim uirtus ☽ est humectare, propterea quod est multum circa terram, & propter fumositatem humidam: quæ per eam eleuatur a terra, & propter hoc ad talé statum mutat corpora, manifesta mutatione, quæ facit mutare, & putrefacere corpora uiplurimum.

Haly Heben Rodoan Ptholemæi comentator, inquit.

¶ Quia hoc nõ intellexit Albumasar, credidit quod Ptholemæus erraret in dicto suo dicens. Quo modo potest fumositas humida ad locum ☽ ascendere, quum fumositas ascendere nequeat ultra. 16. stadia, ut pote miliaria duo Italica, & Luna satis longius est. Ego uero risi de talibus dictis (qualia hæc sunt) & dixi, qualiter intellexit hæc. Quia Ptholemæus noluit dicere, quod fumositas humida ascendat hinc ad Lunam. Sed dixit quod ascensus fumositatis humidę, qui est, & ascendit sursum uersus ☽ docet nos quod trahit humores terræ, & aliorum corporum eam sequentium: sicut Adamas trahit ferrum. &c.

¶ Picus Mirandulanus, libro primo contra Astrologos, ait.

Picus hic effu/ sit ea contra A/ strologos q ad/ ... aut.

IAM uero ex libris Apotelesmatum (quos uocant Quadripartitos) insigniores errores, & magis euidentes faciunt, quum & Lunam humidioré credant, quia humidus uapor e terra ad eam reliquis astris terræ proximiorem ascendat, & eadé ratione arridum Saturnum, quia ab his uaporibus magis elongatur, eundem uero & frigidum esse, quia sit procul a calore Solis. Iouem temperatum, quod inter gelidum Saturnnm, & frigidum Martem medius collocetur, atque alia hoc genus multa de syderũ proprietatibus. Quæ exibilabunt Philosophi, potiusque confutabũt.

LVC. GAVR.

¶ Picus autem, & Pontanus longe equidem maiori cachinno, & sibilis irridendi, atque explodendi sunt, quam Albumasar. Dum Ptholemæo obiiciunt chimericas hasce ineptias, atque nugas, quas nunquam Ptholemæus, neque hales Rodoan, somniarunt.

Ioachimo ... interprete.

¶ At ☽ propterea quod proxime terram fertur, unde humidæ exhalationes exeunt, plurimum madefacit, atque ita prorsus subiecta corpora potissimum, & mollia reddit, & putrefacit: habet tamen propter illustrationem ☉ Solis etiam calefaciendi communicationem.

Luc. Gaurides positio.

¶ At ☽ plurimum madefacit, propterea quod fertur proxime terram, idest, proximior terræ, vnde, idest, ex qua terra exeunt humidæ exhalationes, per eam, scilicet Luná hoc est, ab ipsa ☽ ad regionem usque Aeris ultimam sublatæ, atque ita prorsus corpora subiecta potissimum, & mollia reddit, & putrefacit. Imprimis auté corpora animantium, quæ in cerebro, ac venis, ostreisque maritimis contingunt, vel pubescente ipsa ☽ vel senescente.

Lucij Bellantij Senensis expositio.

¶ Maior ☽ vis est humectare, est enim terræ propior, idest, proximior cæteris Planetis, a qua terra uapor humidus ab imo usque ad eam ascendit, quapropter ad hũc modum mutatione manifesta corpora mutat, quę uorba Picus sic interpretabatur. A qua, scilicet, terra, vsque ad eam, scilicet, Lnnam, proculdubio ridiculum esset, sic exponere, quemadmodum Picus exposuit. Sed sic Ptholemæi verba exponenda sunt. A qua, scilicet. Luna, virtute, scilicet, ipsius ab imo, scilicet, terræ, usque ad eam terræ extramitaté humidi vapores eleuantur: quasi dicat, maior Lunæ virtus inter sensibiles est humectare, quoniam ob eius propinquitatem ad terram eleuat humidos vapores e uisceribus terræ, usque ad eius extremitatem, & amplius. Quare corpora, & sub terra, & supra terram existentia, sicut plantæ, & animalia, his humoribus

Bellantius contra Picum.

moribus humectat. Quę sententia apertissime per aliam literam exprimitur. Dicit enim & propter fumositatem humidam, quæ per eam, scilicet, Lunam ☽ eleuatur à terra, ubi patet ꝙ illa particula, a qua uapor humidus intelligi debet, per quam uapor humidus ascendit.

¶ De hoc Pico recte uaticinari uidetur Plutarchus, dum problemate. 20. ita scriptum reliquit. ¶ Quid est ꝙ Latini Picum uenerentur, & ab eo uehementer abstineant: Est enim hic Picus a Latinis uenerandus, ob eius eloquentiam, atq; facundiam, Latiniq; sermonis, ac stili in scribendo elegantiam: Tamen ab eo uehementer abstinendum est, quia temere nimis Magicam artem extollens calumniatur, atque condemnat, & licet Picus omnis rostrum habeat acutissimum, ut etiá robora usque ad medullam pertundendo penetret. Tamen solidissimam philosophiæ, atque diuinæ matheoseos arborem, hic Picus haud quaq; pertundere poterit, etiam si genus suum ad primum illum Picum, Saturni filium, & Fauni patrem referre præsumpserit. Plutarchus.

¶ Licet hic Picus Mirandulanus omnem prorsus Syderalem disciplinam, diruere ausus fuerit. Lutius tamen Bellantius Senensis, in quolibet scientiarũ genere præclarus, singulas propemodum illius sophisticas cauillationes, & argumenta ad hominem, penitus diluit, atq; deleuit. Quid enim indignius, q̃ tot sæculorum periodis: tot axiomata, a tot excellentissimis hominibus tradita, & experimentis comprobata innumeris, uelut irrita labefactare, & quæ disciplinarum omnium est antiquissima, eam longo tempore post insectari, & penitus deturpare? LVC. GAVR.

¶ Ioannes deniq; Picus Mirandula, affirmare ausus fuit, omnes Stellas, tũ fixas, tum erraticas, nullum prorsus habere lumen proprium, nisi ab ipso ☉ Sole. Dicat mihi obsecro, qui Picum tueri uolunt, si a ☉ lucent Sydera omnia, atq; eadem non nisi motu, ac lumine agunt, ergo solus ☉ agit, omnia igitur vnum essent. Ab uno enim principio proficiscuntur. Vnius enim lux ab una luce actio, postremo ♀ Veneris sydus nunq; conspicitur dimidiatum sicuti ☽ corpus, quare ab se ♀ ipsa lucet, non autem a ☉ sic etiam reliqua sydera, & Planetæ omnes, preter ☽ quæ corpus est opacum, quare sydera non sunt indiga lucis.

¶ Ioannes præterea Iouianus Pontanus olim poeta, & orator eminentissimus. In Mathematicis uero disciplinis non multum eruditus, libro primo de rebus cœlestibus, a Phtolemæi sententia admodum alienus: ita etiam scripsit ad literam.

¶ Placet autem antiquis Astrologiæ institutoribus, ipsiq; Ptholemæo exhalantes e terra uapores ad altiores aeris partes trahi a ☽ atq; hinc qualitates eas, frigoris, atque humoris, ipsam suscipere, quod fieri quomodo possit, non uideo, non enim humidi est suapte natura sursum moueri, quando natum est ima petere: sed a calore potius uiolentia quadam sursum rapitur. Quocirca ubi ad mediam aeris regionem, uapor ille sublatus est, a calore paulatim destitutus, coactusq; a frigore, abit in pluuiam. Atqui aerem q̃ spaciosissimum esse, oportet, quum Terras, Mariaq; operiat. Ignem quoq; quum locum, idest, Orbem, & ipsum suum petat, quá potest sublimem Aeris ipsius regionem euolare, necesse est. Quo fit ut supremus ille Aeris tractus, qui calidissimarum, atq; efferuescentium aspirationum plenus est, exestuet. Quod ita esse, & Stellæ Comatæ, quæ illic incenduntur, plane docent, & apud rerum naturalium studiosos liquido constat, & cætera, dein concludit. Quamobrem Verba Iouianis Pontani lib. 1. Meteur.

Lunæ affectiones, humidas, frigidasq́, uideri, atq́ existimari, propter accedentes in sublime uapores, sane ineptum est dicere.

¶ Iisdem auctoribus placet, Mercurium q́ Soli ☉ q́ proximus sit, torreri ab eo, quo quid dici potest inconcinnius? nam quæ ratio ualet in Mercurio, cur non eadem ualeat in Venere? cuius eadem fere propinquitas est.

LVC. GAVR. contra Pontanū

¶ Pōtanus uidetur fuisse rerum naturaliū, non satis profecto studiosus, dū ita scripsit. ¶ Ignem quoq́ quum locum, idest, Orbem, & ipsum suum petat q́ potest ad sublimem aeris regionem euolare, necessum est. Non enim euoluat ignis, qui est summe leuis deorsum, ad infimam aeris regionem, sed a conuexa aeris regione, ad concauum orbis Lunæ, quum sit summe leuis. Vnde Ouidius.

Ignea, conuexi vis, & sine pondere Cœli
Emicuit, summaq́ locum sibi legit in arce.

¶ Fuisset profecto ineptissimi, atq́ ignorantissimi hominis. Si Ptholemæus, Mathematicorum facile princeps, sui prorsus immemor, uel quispiam alius Astrologus, hasce ineptias dixisset, neq́ somniauit quidem huiuscemodi exhalantes e terra uapores, ad altiores aeris partes trahi sursum ab ipsa ☽ atq́ inde ipsam qualitates eas frigoris, atq́ humoris suscipere. Luna ☽ enim licet sit terris proximior, q́ cæteri Planetæ, tamen non recipit aliquo pacto peregrinas impressiones, neq́ ab aliis elementis, qualitates frigidas, & humidas. Alioqui necessum foret Lunæ corpus ea pati quæ inferiora hæc corpora patiuntur, & corrumperetur. Verum enimuero Luna ☽ ipsa, Sol, & cæteri Planetæ, suapte natura, & mediante motu, & lumine attrahunt in sublime, utpote ad supremam usq́ aeris regionem, & concauam ignis superficiem, uapores, atq́ exhalationes terræ, & aquæ, frigidas, & humidas, & ab ipso igne detruduntur, aut resoluuntur. Pontanus igitur, & Picus ille Ioannes, Ptholemæo Philosopho, & Mathematico, primisq́ (ut ipsi autumant) Astrologiæ institutoribus, falso improbant, Lunam ☽ ipsam, qualitates frigidas, & humidas suscipere, propter ascendentes elementorum in sublime uapores.

¶ Compertum est apud omnes Philosophos, Theologos, & Astronomos, luminaria, & stellas, quinq́ erraticas esse orbibus suis affixas, & per se non moueri, nisi ad motum suorum orbium. Pontanus autem in Theoricis parum eruditus, in libro. 3. de rebus cœlestibus: ad literam ita scripsit.

Verba Pontani ad literam.

Inepta admodū comparatio.

Planetæ mouentur orbiculariter, nam & eorum sphæræ orbiculatæ sunt, & corpora eorum orbiculata, atqui sponte sua mouentur quadrupedando testudines, rependo serpentes, natando, & ludricando pisces, aues uolitando, pedes alternatim protendendo homines, quadrupedando etiam pecudes: atq́ ubi progressæ sunt suopte arbitrio regrediuntur, ac pedem sistunt, uidemus aues nunc sursum, nunc contra deorsum, mox ad dextram, sinistram'ue, etiam illas in Aere, has in aquas sidere, sic enim a natura instituti sunt. Quid mirum igitur si erraticarū corpora per orbes suos peculiari motu, sibiq́ insito mouentur? cursusq́ suos nunc procededo, nunc retrocedendo peragunt? Interim etiā ita gressum retardando, ut oculis intuētium uideantur sidere: vnius cuiusq́ proprii cursus quum sit hæc natura, nam si ab occasu mouentur in ortum, nulla tamen cœlo vi illata, quod quidem cœlum ab ortu fertur in occasum, ac nihilominus, & cœlum illis, & illæ cœlo aduersis incedunt motibus, nulla Solari calefactione tracta, cur non naturali, insitoq́ sibi motu stellæ,

quæ ex

quæ ex hoc dictæ sunt errantes, & procedant, & retardent, & stationes faciant, nul la a ☉ ui illata nullis externis uiribus illas cogentibus. Quo circa non aliter mea quidem sententia tenendum, ac sentiendum est, q̃ ut cœlestia illa corpora, motus suos, suasq; orbiculationes sponte, utiq; sua, peculiariq; potestate exerceant, nullis externis uiribus adiuta, sed sola prorsus natura ministrante.

Sentẽtia q̃ ignorantia est praue dispositionis.

Tanq̃ animantia sint sydera.

¶ Hasce Pontani nugas, & aniles ineptias. Quis sane mentis non derideat? ac Phi losophi non exibilent? quippe qui si Planetæ peculiari motu, sibiq; insito, mouen tur in suis orbibus, daretur omnino uacuum, scissio spherarum, & penetrario cor porum, quod quidẽ est ab omni Philosophica, Theologica, & Astronomica, ueri tate prorsus alienum, chymericum, ac fabulosum. Quin etiam in Theoricis, parũ utiq; expertus, negasse uidetur, eccentricos, & epyciclos, ad quorum orbiculatio nes Planetæ in illis infixi, circumuoluuntur, & nullum prorsus sequitur inconue niens, si aliqui Planetarum orbes eccentrici sint, secundum quid, aliqui uero simpli citer homocentrici. Sufficit enim ad saluandas apparentias, q̃ sphæræ septem Pla netarum sint cõcentricæ mundo, tam secundũ superficiem concauam q̃ cõuexam.

LVC. GAVR.

TRACTATVS SECVNDVS. ADVERSVS HIERONYMVM FRACASTORIVM QVVM CRITICORVM DIERVM CAVSAS in humorem melancolicum, ausus sit referre.



ASTROLOGI, & plurimi corporis humani moderato res, qui dierum Criticorum causas syderibus referunt, & potissi mum ipsi ☽ Lunæ. Iure quidem optimo summis laudibus extol lendi sunt, & præcipue Galenus, qui (uti noster inquit Fracasto rius) tot inuenit, qui tanta scripsit, qui medicinæ parens, ac uelu ti Deus, ingentem illam medicinæ molem, digessit, formauit, con didit, siquidem Astrorum, atq; opis medicę peritus, libro. 3. de diebus Decretoriis. Dies Crisimos (quos Latine iudiciarios dixeris) ad Lunam referri uoluit. Quo fit ut Medicos Astrorum expertes, merito Sophistas nuncupauerit, eosq; conuitiis, maledictisq; acerrime prosequutus fuerit. Si qui alia ratione maluerint, quã ex Astrorum cognitione, dies Criticos siue Decretorios, perquirere. Immo iubet qua tenus omnimoda fides adhibeatur. Astrologis præcipue Aegyptiis. Qui asseuerã ter huiusmodi dies Decretorios, ab Astris, & potissimum a Luna ☽ fieri, conten dunt, Mathematicisq; rationibus demonstrant. Nemo igitur Galeno tam acura to Philosopho, atq; Mathematico tam præclaro, persuasit, ut facultate Artis pro priæ neglecta præstigiis alienæ inuolui passus sit (quemadmodum Fracastorius, Galeno perperam imputare ausus fuit) nullo siquidem indigebat persuasore, neq; præceptore. Dierũ itaq; criticorum causas merito in supernos illos cœlorum de fluxus redigere, non dubitauit. Medicus enim Astrologiæ ignarus, est tanq̃ cœ cutiens, qui ambulat in tenebris. Verum enim uero omnes profecto uiri præcipue literarum professores, magis, ac magis admirantur, cur Hieronymus ille Fracasto rius Poeta, Orator, Physicus egregius, & Astrorum peritus: qui homocentrica scri psit, in suum præceptorem Galenum, tam ignominiose inuehatur, & sui met, suiq; muneris oblitus, perperam in hæc uerba prorumpere, ausus fuerit.

LVC. GAVR.

Verba Fracastorij

Sed certe ne dum si Aegyptius aliquis Astrologus, sed si Aegyptius aliquis Deus, aut Anubis, aut Osyris, hæc mihi dixerit, non facile credam, presertim quum de se ipso dicat sic. Et nos alioqui Astronomiam ueneramur, & Galeni nomen, ac memoriam, uti sacrum, sanctumque colimus, & in homocentricis suis capite primo de dignitate Astrologiæ, ita scripsit.

In homocentricis suis.

¶ At uero, & non propter seipsam solum, sed & propter alia multa expetenda, atque amplexanda uidetur. Ad quæ non modo utilis, sed & necessaria quodamodo est, nam quoniam quæ hic sunt, a superioribus, & reguntur, & uarijs afficiuntur modis, superiorum quidem status, mutationesque cognouisse necessarium certe est, & in uita magnopere desiderandum est. Quam ob rem & prognosticæ facultati, & Medicinali, & nauticæ arti, & rusticæ, & multis aliis, summopere accomoda est.

Fracastorius.

¶ In primis igitur recipiendum est nobis, dierum, per quos ægritudines pergunt, alios Criticos dici, in quibus quæ fiunt crises maiori ex parte fiunt. Alios uero nō criticos uocari, in quibus perraro uisuntur crises, quosdam uero medios esse, imo & alios indicatiuos, & quasi nuntios eius crisis, quæ in die principe futura est, obseruatum enim esse constat ex maiorum nostrum experientia. &c.

LVC. GAVR.

¶ Nemini profecto dubium est, uetustissimos plerosque Medicos, dierum criticorum rationes, ab experientia, diuturnaque obseruatione, ad amussim cōperisse, sicuti & plurimarum rerum, quippe uti noster cecinit Manlius, artem experiétia fecit. Exemplo monstrante uiam, speculataque longe,
Deprendit tacitis dominantia legibus Astra.

Recentiores autem Medici, atque Astronomi, dierum Criticorum rationes merito in cœlestes causas retulerunt. Sed dicas mihi obsecro, mi Hieronyme doctissime, quo nam pacto Medici, rerum cœlestium prorsus expertes, ex huiusce modi diebus criticis præcipuis, medijs, uel non criticis, eorumque indicatiuis prognosticari poterunt, ægris salubritatem, aut internitionem, quemadmodum rite uaticinarentur Astrologi, & Physici, Astrorum periti, tuusque Galenus, qui nusquam fuit seductus, persuasus, neque lustratus (ut tu inquis) Astrologorum fascinationibus, tu aūt tuis quibusdam chymericis somnijs perplexus, præceptoris tui Galeni dogmata, postergare, ac pilifacere, non dubitasti, nescius profecto ex huiuscemodi diebus criticis, uel non criticis, pharmacum ægrotis hora cōgrua, exhibere, eisque salubritatem, aut perniciem diiudicare, si non esses Astrorum peritus.

Fracastorius.

¶ Principio illud non ignorandum est, duo esse quæ potissimum ad eam expulsionem quæ crisis dicitur, alterum est displicentia, stimulusque quem corruptus, iamque inimicus humor in membris ingerit, Alterum est digestio, hoc est, præparatio illa, quæ requiritur, si expelli debet.

LVC. GAVR.

¶ Dic mihi amabo uir doctissime, unde humor ille corruptus in membra ægrotantium ingeritur? & ex qua causa prouenit, digestio illa quæ requiritur, si expelli debet? Si ingenue asserueris ab Astris, & potissimum ab ipsa ☽ procedere, nobiscū certe conueniet. Sin affirmaueris fieri ab ipsismet humoribus, absque influxu cœlesti, tota profecto erras uia, esset utique peticio principij, a philosopho aliena.

¶ Et si quando humor plus nimio exuberat, uel quum furenti est similis, & quasdam fortasse ante tempus accidit crises excitari, id dubio procul euenit ex uelocissimo tunc ipsius Lunæ cursu, quam rem affirmat Galenus, inquiens.

¶ In paroxismis, & circa morborum status maxime uideri Crises, in paroxismis enim stimulus, atque irritamentum fit maximum, circa status uero concocta, digestaque materia est. Accidit tamen quandoque tantum esse irritamentum, ut quanquam nec plane digestus sit humor, foras tamen expellitur, conatu quodam maximo a natura facto. Quod etiam ea uis insit membris, ut nocentia expellat ex Lunari agitatione fieri manifestum est. Galenus.

¶ Igitur circa Crises quod die. 7. aut. 14. humores moueantur in nobis, nulla certe alia causa est, nisi quod talem accidit esse proportionem naturæ ad humorem, quem tanto tempore concoquit, concoctam expellit, huius quidem in. 7. illius in. 14. Fracastorius.

¶ Vellem Fracastorij excellentia, mihi enucleare non dedignetur, vnde progreditur huiusce modi naturæ proportio ad ipsum humorem, & quis eum tanto tempore concoxit, concoctumque coegit expellere. Quum illud in causam referri nequeat, preter cœlestem, cogetur sane fateri, necessario fieri ab illis diuinis corporibus supernis, & potissimum ab ipsa Luna ☽ terris proximiore. Solus igitur Astrologus, & Medicus Astrorum peritus, dierum Criticorum rationem, atque causas ad amussim perscrutabitur. Et cur hoc humoris genus, citius, illud uero tardius, moueatur. Quibus cognitis, humani corporis moderator, procul dubio iubere poterit audacter, quatenus tuto idoneis temporibus pharmacum exhibeatur ægrotis, quibus ad pristinam redactis ualetudinem, protinus Physicus ille egregius, passim, & lucrorum copiosa præsidia, & laudem assequetur maiorem, quam Astrologus, quem admodum inquit Hales Rhodoan super. 60. Ptholemæi Aphorismo. LVC. GAVR.

¶ Sin rudis, edisceat cœlorum noscere cursus,
Vel saltem Lunæ uarios, Solisque meatus,
Ipsorum, & radios infaustos, atque salubres.
Aut sibi nulla fides adhibenda est, quippe necabit
Impune ægrotos, nec spes erit ulla salutis,
Illis ni faueat miseris clementia diuum. Hippocrates. Lu. Gau.

Dies:

Critici	4 7 11 14 20 21 27
Non Critici	6 8 9 10 12 16 19 22 25
Medij	5 13 17 18 24
Præcipui	7 14 20 21

Fracastorius.

Motus Melancoliæ, & quartanariæ periodi. 4 7 10 13 16 19 22 25 28

¶ Excitant humores in nobis. Fracastorius.

Cholera	Tertianum.
Phlegma	Quotidianum.
Melancholia	Quartanum.

Motus: Choleræ choleræ choleræ. 1 2 3 4 5 6 7 Melancholiæ Melancholiæ.

¶ Morbus acutus raro ad. 13. perducitur statum, si autem. 13. quandoque progrederetur crisis, totus dierum progressus ita se habebit. Vz.

Dies.	
1	Tristis,& inæqualis,duos enim habet motus.
2	Placide redit,si non sit duplex febris.
3	Motum choleræ sentit.
4	Melancholiæ motum, sed morosum,& latentem.
5	Choleræ reuersionem uidet.
6	Mitis pergit.
7	Valde acerba,non tamen dat crisim.
8	Suauior est & placida.
9	Grauior propter choleræ motum.
10	Latentem habet melancholiæ motum.
11	Choleræ manifestum habet motum
12	Placida est.
13	Suauissima,& crisim affert.

LVC. GAVR. ¶ Si res ita se haberet, quemadmodum egregius autumat Fracastorius, esset utiq; ei ab omnibus maxima fides adhibēda. Verum enim uero,ego nihil prorsus dubito,huiuscemodi dierum progressus,motusq; illos,tum choleræ,tum melancholiæ, aut quietis placidissimę,multo ac lōge aliter se habituros, adeo quidem q; in mille ægrotantibus,uix in uno,aut duobus,morbus ille acutus consimiles sortiretur euētus:immo uarios,atq; diuersos, secundum uarias Lunæ peragrationes, diuersasq; hominum genituras,atque conuersiones,annuas, menstruas,atque diurnas.

Hyppocrates. ¶ Terrenæ,inquit,mutationes,non numeris, sed Lunæ debentur uires,siquidem & potestates dierum Criticorum fiunt ex Lunæ ☽ peragrationibus, per angulos plenos,quas dicunt esse.7.14.21.28.

Ex Comē. Celso ¶ Non per dierum obseruationes,sed per accessiones,siue paroxismos,obseruandi sunt dies Critici. Dies enim in eo q; dies est tempus,ut tempus est numerus,numeris aūt uis,nullaq; potestas insita est apud Aristotilem,quicquid Pythagoras senserit. Idcirco dies Criticus non in eo, q; tanto contineatur numero præliatorius est, (quemadmodum antiquiores Medici,auctoritate ipsius Pythagoræ,scripserunt) sed uis insita est sibi a Lunæ ☽ in eo peragratione. Illa enim dies benefica est, quoniam in ea Luna ☽ beneficis uiribus alterat aerem,& corpus humanum:estq; malefica, q; maleficis, atq; exitiosis potestatibus, Aerem, & corpus alterat, atq; euariat. Generatim igitur uires ipsis diebus e Lunæ ☽ peragrationibus insunt. Ex fœlicissimis Lunæ radiationibus,cum stellis salutaribus placidissimi, atq; saluberrimi exci tantur humores,ex infœlicibus autem morosiores,& quodammodo perniciosi.

¶ Medicus igitur non debet dies numerare, sed ipsas accessiones intueri, & ex his coniectare quando ægrotanti propinandus sit cibus, aut pharmacum exhibendū.

¶ Illud præterea magis ad rē pertinet scire,quatenus tunc oportet dari cibus,quū iam uenæ bene conquieuerint,aut etiā non manentibus febrium reliquiis. Antiqui enim q̄ integerrimis corporibus alimentum afferebant, Ascepiades uero inclinata quidem febre.

CLAVDIVS PTHOLEMAEVS IN SEXAGESIMO APHORISMO, DE DIEBVS Criticis. Ex tranſlatione Arabica.

TRACTATVS TERTIVS.



LBAHARIM ſane,& certę ſunt horæ,quibus declarantur mutationes morborum, ad bonum, uel ad malum uelociter, & ſunt loca ☽ in angulis quadrati concluſi a circulo directo. Alterationes uero quæ pręcedunt has,iudicantq;, ſunt loca ☽ in angulis habentibus. 16. latera,& hoc poſtquã præceſſerit,eſſe ægritudines,ſecundum æqualitatem ſine interpretatione, & non acciderit aliquid exterius, quod conturbet ægrum, deſtruat, uel noceat, ut cibus,ira,labor,& huiuſmodi.

Criſes

Inuicatius

ſolo auditu abſq; ſcientia

¶ Quum igitur inuenerimus huic fortunam, ſcilicet, in prædictis angulis hora principij ægritudinis,tam de fixis,quã erraticis,ſignificabit alerationem proſperam. Si uero infortunam, alterationem aduerſam, niſi fuerit ægritudini ipſi infortuna contraria in ſuo haiz. Luna ☽ uero in his angulis ſignificat morbos acutos. Sol autem prolixos, ſiue chronicos, & ſimiliter omnis Planeta, ſecundum mores proprios,ſeu qualitates proprias,ſignificat.

¶ Ptholemæus in hoc Aphoriſmo docuit nos cauſam dierum Criticorum, ſiue determinabilium, & qui ſint,& qui determinãt de bono,uel de malo, & alterationem ſecundum ordinem.

Haly Rodoan commentator.

¶ Vtilitas in hoc maior eſt Medico,quã Aſtrologo, & hoc ideo,quia multi Phyſici conueniunt ſuper determinationem ægritudinum,quod ſint alterationes, & prelia inter naturam ægri,& morbum,ſcilicet.4.7.14. & quæ augentur ſuper hoc de.21. die accepto ſolo auditu,& doctrina ſine ſcientia,& non determinantur in hoc,niſi per illud quod præterijt de experimentis ſuis. Sed Ptholemæus detexit cauſam eius,& patefecit occaſionem unde fiat. Et ratio ſecundum Ptholemæum eſt,quod natura deuicta eſt a morbo,in initio eius, ſcilicet, quando incępit dolere,& prohibet naturam ne procedant eius opera ſecundum æqualitatem,nec repugnat morbo natura illa hora qua uincitur. Sed expectat ut ſit ☽ in loco illi contrario, per aſpectũ morbi,uel per contrarietatem ſignorũ,in quo fuit in principio morbi. Tunc enim incitatur natura,ut repugnet morbo. Sicut agit prudens accuſator, quum accuſat inſipientem,quum uoluerit illi repugnare,non repugnat,niſi quum eius uirtus debilitata fuerit,& ad locum,in quo ille careat auxiliatoribus,& excitat illam in quarto ſigno,a ſigno in quo incœpit ægritudo,& ☽ in illo,quia ſecundum ſignum, ab omni ſigno,& quartum contrariũ eſt naturæ eius,& ſimiliter ſeptimum,quia hæc loca ſignificant inimicitias propter contrarietatem ſignorum, & aſpectuum, quia contraria contrarijs curantur, & tempus quod eſt inter initium morbi, & introitũ ☽ in gradum □ quadrati, in quo fuit in initio morbi per aſcenſiones ſignorum, & per proiectiones radiorum ſunt. 7. dies hoc eſt, adde ſuper aſcenſiones gradus Lunæ in initio infirmitatis. 180. uel. 90. uel. 45. uel. 22. & . 30. & poſtea

G. M.
22.30
45.0
90.0 □
180.0 ☍

reducantur in gradus æquales,& quando fuerit ☽ in illis gradibus in prædictis an gulis æquatoris,siue orbis signorum.Et hoc est quod dixit Ptholemæus per pro- iectiones radiorum sunt.7.dies,& eodē modo quod est inter ☽ in principio mor- bi, & ipsam in opositione sunt. 14.dies, & quod est inter initium morbi, & quar tum aspectum sinistrum, qui sic est contrarius principio morbi.21.dies,& secun dum hunc modum,procedit modus aliorum dierum, & erunt hæc puncta anguli □ quē includit linea circuli directi,& in illis punctis alia puncta sunt indicatiua,id

45. o. octogo⁊ 22.30. sexdeca

est,octogoni,& sexdecagonij.Alia etiam puncta sunt indicatiua,scilicet,quadrati, uel oppositi, & est ut perueniat ☽ ad pūctum qui abscindit unumquemq; arcū,cui subtenditur latus de lateribus quadrati per medium, & in his arcubus sunt latera figuræ habentis □ Angulos, & omnia puncta contraria sunt punctis, in quibus cœpit morbus per naturam.Igitur obseruet Astrologus circa initium morbi,quod fuerit in his prædictis,scilicet, quadratis,& octogonis. Tantum illi namq; anguli indicatiui sunt,quia semper sunt in signis contrarijs.Sed latus sexdecagonij est ex 22.gradibus,& dimidio, & sunt minus uno signo, & sicut non est in illis angulis contrarietas.Quare non deberent esse significatiui aliorum.

3. solutio.

¶ Ideoq; Ptholemæus dixit,illos omnes significatiuos, quia Arcus illi sunt medie tates Arcuum octogonij.45. gradus, & obseruet circa initium,quod fuerit in his punctis. De stellis tam fixis,q̄; erraticis,qum fortunæ fuerint, aut infortunæ, & si fortuna fuerit, indicat ꝙ significet uictoriam naturæ super choleras:Infortunæ ue ro significant ꝙ choleræ superabūt naturam. Si infortunæ,& morbus,fuerint eius dem naturæ,nisi fuerit infortuna contraria morbo, & fortis in suo haiz,non enim infortunabit Lunam ☽ quum sit in suo haiz,& iam remouebit morbum per suam contrarietatem illi,& propter contrarietatem infortunæ ad morbum,ut si fuerit fri gida,& morbus calidus,uel si calida,& morbus frigidus,& cum his similia in spe- cie diuersificatur. Et dixit Ptholemæus,ꝙ esse Solis in morbis prolixis,sit sicut esse ☽ in acutis,quorum maius tempus erit orbis ☽ in morbis acutis,& prolixitus orbis ☉. Innuit etiam Ptholemæus nobis subtile quoddam, quum diceret. Similiter omnis Planeta secundum mores proprios significat: docuit quippe nos, ꝙ quic- quid immoderatum est in nobis, & fuerit ex morbis, quos consuetudine non habe mus,dicitur pro morbo,& ideo iustum est,ut faciamus in hoc similiter,& dixit,iu- stum est hoc,nisi acciderit aliquid extrinsecus,quod destruat ordinem determina- tionis, & locuti sunt de re quæ destruit determinationem, hi qui exposuerunt li- brum Aphorismorum Hippocratis, & ideo non est necesse nobis hoc recitare in hoc loco.

Idest, secundū significata Pla- netarum.

Georgius Trapezuntius. 60. Ptholemæi
Aphorismum, ita interpretabatur.

IN ægrotis respice Criticos dies,& locum ☽ Lunę in angulis figuræ sexdecim la terum.Quando enim eos angulos nō infortunatos inueneris,bene scias de ægro to futurum.Quando uero infortunatos,contrarium intellige.

Bene affectos.

¶ Critici dies dicuntur a Medicis,in quibus maior inter naturam,& morbum pu- gna committitur, ita ut appareat, natura ne an morbus, in ea sit pugna superatu- rus:Sicut.7.14.21.qui Græce Critici dicuntur,Latine autem iudiciarii,siue indi- catiui, quoniam in eis de uictoria (ut diximus) naturæ, atq; morbi, indicium fit.

Hij Critici dies plures esse uidentur, secundum Ptholemæum, q̃3 secundum Medicos, nec sine ratione, Medici enim illi solummodo cõsiderant, in quibus sensibiliter hæc pugna in ægrotis apparet. Ptholemæus autem huius rei causam aperuit, ac ita plures facere uidetur: non appellat tamen omnes Criticos, quoniam uerborum potestatem seruauit. Dicuntur autem (ut diximus) Critici, in quibus pugna naturæ cum morbo sensibilius apparet. In quibus uero non ita sentiuntur, & si ratio similis sit, non sunt tamen Critici dies appellati, quoniam nec pugna, nec uictoria, manifeste, ac sensu, compræhenduntur. Criticos ergo dies primo, deinde locum ☽ in angulis figuræ. 16. laterum considerari oportere, ait. Primum certe in secundo includitur. Quare bis dicitur, quoniam magis aduertendum: sed omnem hanc rationem distinctius (ne tenebris ignorantiæ obfuscetur) explicemus. Principium motus Lunæ ☽ a principio ægritudinis capimus. Quum ergo uel □ aspectu, uel opposito ☍ eum locum ☽ respexerit, uel quando ei coniuncta fuerit sensibilis maxime pugna concitatur. Quare hinc quatuor habentur dies critici. 7. 14. 21. 27. Et quoniam quadratus □ 90. graduum est, si hos diuiserimus, erunt gradus. 45. quibus cum distans fuerit ☽ a loco ubi fuit in principio morbi, motis humoribus ægroti per motum continentis aliquantulũ pugnam commouebit: sed non ita sensibilem, ut in □ Sed hos etiam. 45. gradus diuidit, ut in distantia graduum 22. &. 30. minutoꝶ motus pugnæ fiat a sensu remotior: q̃3 qui in media quadratura □ Vnde nec ullo a Medicis modo, hic motus consideratus est. Mediarũ enim quadraturarum motus etiam considerant, quos dies indices dierum, in quibus quadraturę fiunt, multi appellant: Qualis est. 4. ad. 7. &. 11. ad. 14. & similiter de alijs dicatur. Sumunt autem initium omnes hi dies ab hora qua Luna ☽ est in angulis figuræ. 16. laterum. Quare tunc censet uidendum esse, utrum angulus aspectu infortunantium Planetarum, uel cõiunctio non solum Planetarum, sed fixarum quoque alicuius naturæ infortunantis Planetæ, primæ, scilicet, magnitudinis, & non maximæ latitudinis, ita tamen, ut in oriendo, & in occidendo, non ipsa longitudo stellæ sola, sed quæ per latitudinis additionem, subtractionem'ue colligitur, in coniunctione capiatur, de quo alibi distinctius diximus. Multum enim ad ueritatem ualet, negligiturq; pene ab omnibus, censet igitur uidendum, an angulus huiusmodi per infortunantes stellas nequaq̃; affligatur: tunc enim erit bona de ægroto Crisis, iudiciumq; de uictoria naturæ, Quod dixit in angulis figuræ. 16. laterum talis est, inscribas in circulo figuram. 16. æqualium laterum, eritq; singulorum laterum arcus graduum. 22. &. M. 30. ad tot enim gradus. 90. graduum □ tetragona diuisione deducta æquilatera. 16. laterum figura in circulo constituitur, quod patet si 16. per. 22. &. 30. multiplicaueris: fient enim. 360. quot graduum totius circuli ambitus est. Primus igitur angulus est locus, ubi ☽ reperitur in principio morbi. Alij per singulos gradus. 22. cum dimidio ab eo loco, & sic de alijs. Quando ☽ Luna in huiusmodi angulis fuerit, infortunationem anguli fortunationem'ue considerandam monet.

Critici. Iudicatiui.

Iudicatiui.	Critici.
4	7
11	14

G.	M.	Anguli
22.	30	1
45.	0	2
67.	30	3
90.	0	4

¶ Super ægrotis Criticos dies inspice, ac ☽ peragrationem in angulis, figuræ. 16 laterum, ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contra male, si afflictos inueneris.

In translatione Pontani Aphorismo co. ptiỹol

¶ Qui sint Critici dies, non Medicis solum, uerum etiam cuiuis aliquo ingenio

Pontanus.

predito, fatis cognitum eft. Dicti autem Critici, ꝙ morborum ipforum, proinde ac iudices fint, fiquidem ipfis illis diebus, morbi ne an ægroti futura uictoria fit, po tiffimum iudicari poteft. Vnde Græce Critici, ideft, indicatiui, aut, fi malueris, di/ fcretiui, ꝙ difcernendi uim habeant, dicti funt. Quos effe. 7. 14. 21. diem ex quo

Critici. 4. difcre/tiui.

ægritudo ipfa cœpit. Generaliter quidem Medici maxime obferuant, quum eo/ rum maximum effe iudicium fentiant. Cur autem eos tantopere obferuant, ra/ tio eft hæc.

¶ Luna ☽ quum noftris corporibus dominetur, ob infitam fibi uim, ac poteftatem, ipfos corporum humores excitat, ac pro arbitrio moderatur. Quo circa locus eius ubi ægrotare quis cœpit, diligenter infpiciendus eft. Ac locus item huic aduerfus, & utriufq; medius a dextra, ac finiftra. Quum enim tria hæc loca, quem locum ægritudinis hora ☽ tenebat, aduerfis, & ut Græci dicunt, diametris, ac quadrangu lis radiis, hoftiliter feriant, ubi ad unumquemq; locorum eorum ☽ tranfierit, necef fe eft, uti morbus ille maiorem ꝗ in aliis diebus commotionem faciat, propter ad/ uerfantium locorum naturam: ad quæ ☽ peruenerit. Peruenit autem ad locum oppofitum. 14. feu. 15. die. Ad loca uero quadrangula, hoc eft, ad primum qui/ dem quadrangulum, qui locus medius eft loci lunaris, atq; aduerfi die. 7. octauo'ue Ad fecundum uero. 21. uigefimo primo, fecundo'ue die, quorum dierum ꝙ iudi/ cia manifeftiora funt: eam ob rem hi a Medicis potius obferuantur. Sed Mathe matico de morbis, deq; iis quæ morbis accidunt prædicere uolenti. Alij quoq; dies obferuandi magna etiam diligentia funt, fieri enim poteft: tum propter coniun/ ctiones ftellarum fixarum, quæ noxiæ qualitatis funt, tum etiam propter nocentes Planetarum afpectus, uti Luna in aliis etiam diebus maiores, atq; concitatiores hu morũ excitet. Contra ut diebus (quos ante diximus) propter coniunctiones afpe/ ctus'ue adiuuantium ftellarum motus minores, atq; fedatiores fiant. Quod ipfe nõ femel obferuaui, ea prædicere aufus, quæ res ipfa comprobauit. Vt autem prædi cere Mathematicus hæc poffit, figuram cœli, tempore ægritudinis incipientis ita conftituet, ut e fingulis uiginti duobus gradibus, particulifq; minutis triginta, unum latus efficiat. Qui numerus quater ductus, quartam cœli partem implet. Quæ ratio docet. 22. gradus cum dimidiato gradu, fex decies multiplicatus, tre centos, ac fexaginta gradus complecti, quot graduum totus cœli ambitus eft. Hęc fexdecim latera e fingulis duobus ac uiginti, partibusq; minutis triginta, cõftituta, figuram. 16. laterum faciunt. Qua figura conftituta, & laterum angulis probe con fideratis, non modo qui Critici uocantur, uerum etiam cæteros omnes dies infpi/ cies, iudicabifq; pro ftatu ☽ atq; angulorum ipforum, uel fœlici, uel aduerfo, com/ motiones ipfas, aut fedaciores, aut grauiores futuras: quæ res fi a Medicis obferua retur, & cum ipfis cautius, & cum ægrotis multo melius ageretur, neq; tam fallerẽ tur, ꝗ falluntur, ubi (quo minime fufpicantur) die, grauiores commotiones acci/ dunt, ne autem fallare, morbi qualitas cum ftellarum qualitate, quæ Lunæ ☽ angu lifq; configurabuntur, comparanda eft.

Naturalis ordo	
	Die.
☌	1
□	7
☍	14
□	21

Præpoftero ftru/cturæ fic	
	Die.
☍	14. 15
1 □	7 8
2 □	21. 22

G.	M.	Latus
22	30	1
45	0	2
67	30	3
90	0	4

	G.	M.
1	22	30
2	22	30
3	22	30
4	22	30
	90	00

LVC. GAVR. Ioannes aũt Picus Mirandulæ olim Comes, uir profecto ufquequaq; doctiffimus, quoniam tres Genthliaci ad præfixum tempus ei futuram mortem prædixerant, fi cuti poftea accidit credens eludere fatum, multo antequã e uita difcederet, iratus, octo ædidit libellos contra Aftrologos, in fexto tamen libello, capite. 16. contra

Ptholemæum

Ptholemæum Astronomiæ parentem, inuehitur his uerbis.

Ptholemæus Aphorismo.60.geniture angulos obseruandos præcipit fœlicibus, an infœlicibus radijs deriuentur,ut inde de morbo pronunciemus, quod quidam ignorantissimi credunt,ad Criticos dies pertinere. PICVS.

¶ Nunq̃ ædepol Claudius Ptholemæus, in eodem.60. Aphorismo præcepit geniture angulos fore obseruãdos,sed in ægrotis Criticos dies inspiciendos. his verbis ad literam. ¶ Super ægrotis Criticos dies inspice, & Lunæ peragrationes in angulis figuræ.16.laterum,ubi enim eos angulos bene affectos inueneris,bene erit languenti,contra uero male, si afflictos inueneris. LVC. GAVR.

LVCII BELLANCII SENENSIS DE DIEBVS CRITICIS. TRACTATVS QVARTVS.



EDICINAE scientiam,absq; cœlesti fauore,sæpius inanem, ac noxiam, doctissimi pleriq; uiri iudicarunt: hoc sæpius Hippocrates,hoc Galenus,in Criticis asseruit,ubi ☽ Lunæ,& Astrorum affectiones medicas, callere desiderat, quibus uim tantam tribuit Galenus,ut qui negent,Sophistarum more,posthabendos, & deridendos,censeat.

Vnde sumendum sit ægritudinis initium.

¶ Critici dies a sensibili læsione sumuntur,idq; omnes propemodum Medici, asseruerunt. De ægritudine præterea iudicium sumi non potest, nisi quum ægritudo ipsa incipit esse,sed ægritudo tunc incipit esse, quandocunq; sensibilis læsio in operatione incipit.

¶ Crisis nihil aliud est,quã uirtutis, & morbi,motus, ob influentiam instigantem. vel. Crisis est morbus,uel materiæ morbi motus,contra uirtuem. In Crisi salubri cõsideratur aptitudo ad expulsionẽ,in mortali uero malignitas eiusdem,attendit. Crisis proprie est,uehemens motus morbi,uel causæ eius contra uirtutem,& e conuerso. Vehemens autem motus,ab inferioribus solummodo causis, fieri non potest,oportet enim,aut uirtutem ab influxu cœlorum uigorari,ad materiam expellendam,aut eandem uirtutem,multum a malo influxu,ægrotis aduerso irritari,simulq; materiam maligna affici qualitate, alia causa assignari non potest, quoniam ab alijs etiã Astris,& Planetis ingenitura ægrotantis Critici dies possunt pcedere, q̃; ab ipsa Luna.Inter quoscunq; etiam dies, ratione Lunæ causatos,certũ est intercidere posse alteram, & alteram diem criticam, causa aliarum Stellarum,quas Medici ignorant.Quare Medici hoc ignorantes,facile admodum in die Critica,pharmacum exhibebunt,quo casu,facile est ipsum ægrotantem perdere.

¶ Ptholemæus,& Medici, de Criticis diebus loquentes, solum de his qui a Luna ordinarij sunt,sermonem fecerunt.De alijs uero,quoniam ita determinatum tempus non habent,nec sine labore cognosci possunt, uerbum nullum fecerunt, neque eliciuntur,nisi ab ijs,qui in Astrologia sunt mediocriter introducti. Medici enim

grosso modo Crisium tempora prævident, & mensurant, nisi qui in Astronomia præditi fuerint, & experti.

¶ Dies Critici a causis superioribus, non autem inferioribus causantur.

NVLLVM Astrum, preter Lunam ☽ in tam paruo tempore, uarias alterationes, atque impressiones suscipere potest, igitur a Luna eos motus causari, necesse est. ¶ Præterea secundum humorum alterationem, uirtutem simulantium, Crises apparent, fieri licet non adæquate, sed humoribus fluxibilibus, Luna ☽ maxime prædominatur, igitur secundum Lunæ ☽ dispositionem, sumendi sunt dies Critici. ¶ Si dies Critici procederent a causis inferioribus, igitur secundum uarias ægritudines, uariosq; humores sumendi essent dies Critici, uario scilicet modo in tertianis, quartanis, uel continuis febribus, sed hoc est falsum. Causa itaq; Crisium est a cœlesti influētia, & potissimum ab ipsa ☽ Luna. Concedimus denique, ab aliis etiam causis cœlestibus, quā ab ☽ Luna, crises fieri posse. Ab ipsa igitur Luna sumendi sunt dies Critici, respectu illius gradus, in quo erat in ægrotationis principio. Sed non paruam quoq; significationem habet Luna ☽ respectu Solis ☉ quod patet in coniunctionibus, quadraturis, & oppositis radiationibus.

¶ Luna ☽ multum honoribus dominatur, & secundum eius uarias impressiones humores præcipue alterantur, & uice uersa, quum humores alterantur, Luna ☽ in aliquo gradu reperitur, ægrotis plerumq; aduerso. Item si gradus in quo ☽ reperitur in natalis themate peruenit ad quadratum, uel oppositum eius hora sensibilis læsionis, nō parum alterabit infirmum, & humores sui corporis, & corpus ægrotum, non parua alteratione, conflictabitur. □ uel ☍

¶ Si uero Luna peruenerit ad gradus dimidios □ tetragonæ radiationis, utpote 45. distantes ab initio ægrotationis, non adeo cruciabitur ægrotus, sicut quando sub eius ipsius. 90. parte, siue gradu, peragrauerit. Quocirca dies. 4. ab initio ægrotationis est indicatiuus septimæ, quoniam debilior est q̄3. 7. dies, nihilo tamen minus, quartus dies proprietatem. 7. sapit, & eum indicat. Item sicut Luna ☽ quandoq; citius, quandoque uero tardius, ad prædicta loca peruenerit, ita non æquali tempore, prædicti dies Critici sunt, obseruandi.

¶ Ptholemæus Enunciato. 60. iubet. 16. dies Criticos fore obseruandos in ægrotantibus, dum ita scripsit.

SVPER ægrotis Criticos dies inspice, & Lunæ locum in angulis figuræ. 16. laterum, ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contra male, si afflictos inueneris. ¶ Claudius igitur Ptholemæus Criticos dies in ☽ redigit, sic & Medici approbati obseruatores in Lunam ☽ reducunt. Sed si dumtaxat. 8. dies Decretorios, siue Criticos obseruant, in Lunari reuolutione, Sumunt enim principaliores, quibus fortes motus fiunt, & ueræ crises, & propriæ. Ptholemæus autem. 8. alia inter media puncta constituit, quæ indicatiua ab Astronomis dicuntur: tū quia Criticos etiam dies comuniter sumptos, descripsit, tū etiam quoniam in peracutis ægritudinibus, & perperacutis prædicta puncta sunt obseruanda, puncti quidam qui in chronicis ægritudinibus, non adeo uirtutem immutant, in perperacutis uero, multū alterant, ob materiæ ipsius malignitatem, actiuitatem uirtutisque grauedinem, & molestiam maiorem.

¶ Item, sicut plures stellæ Crisim causare possunt, ita etiam plura pūcta, in quibus si Luna

si Luna reperiatur, indicatiua dici poterunt, ea scilicet, quæ inter stellam illam, & gradum, in quo Luna fuit in principio ægritudinis.

¶ Ad remedia quoque applicanda cursus, & proprietates stellarum, cognoscere oportet, quoniam sic præcauere possumus, ne tépore crisium pharmacū exhibeat.

¶ Sunt igitur secundum Astrologos in circulo. 16. puncta obseruanda. 8. indicatiua, & .8. critica. Secundum Medicos uero dumtaxat. 8. quorum. 4. indicatiui dicuntur, quatuor uero critici, nec sibi contradicunt isti modi, quoniam Astronomi. 8. adiiciunt puncta fore obseruanda, post completam Lunæ peragrationem in signifero, licet Luna in prædictis, non paruam habeat significationem ☉ Sol erit obseruandus: post uero solem ♄ Saturnus obseruatur.

¶ Lunæ igitur prima significatio attribuitur, quoniam humoribus maxime dominatur, dein ☉ Sol siquidem absolute potétissimus est, postea ♄ Saturnus, quoniã grauis est motu suo, tardo circuit zodiacum, melancolicæ complexionis est, sicut plerumque contingit, humores post longum tempus affici, a quibus subtile resolutū est, grosso remanente.

¶ Eiusdem Lucij Bellantij Senensis, dubium.

CRITICI dies, secundum Medicos eruditos, sunt. 4. 7. 11. 14. 21. sed hęc tempora determinata, non possunt esse ab ipsa ☽ Luna, quoniam quandoque uelox, quandoque tarda est in suo motu, & ex consequenti, quandoque citius, quandoque tardius, ad hæc loca significatiua peruenit, igitur non sunt, neque ab ipsa ☽ Luna perueniunt.

¶ Respondetur, quod ☽ Luna non est ipsa sola adæquata causa crisium, sed proprietas gradus illius, uel alterius puncti ad illum habentis respectum, & licet Sol ☉ sit potentissimus, nihil tamen repugnat, Lunam specialiter habere in humoribus dominium, & uirtus materiam expulsiuam aptam successiue, non subito expellit, nec uiolenti motu, nisi cœlestis concurrat influentia: Quare sine influxu cœlesti, crises non proprie sequuntur, proprie enim, magnum, & fortem motum includunt. hæc ille ad literam.

¶ Quanquam ☽ Luna non magis moueat crises in die. 7. quam in. 8. uel. 9. propter uelocitatem, aut tarditatem suæ peragrationis, nihilo tamen minus beneficarum stellarum patrocinijs, aut hostilibus maleficarum radiationibus minuitur, uel augetur ipsius Lunæ ☽ uirtus, per quam crises excitantur, exempli causa. LVC. GAVR.

¶ Hodie ægrotare incipiat Paulus, cras Cæsar, postridie Ferdinandus, & omnes eadem ægrotatione, & ad. 7. diem ☽ irritatura sit crisim. Per suas igitur quadraturas ☽ unicuique crisim concitabit. In. 7. quidem Paulo, in. 8. Cæsari, in. 9. Ferdinando, quæ unicuique erit septima dies.

			Diebus	Septimæ		Die	
Incipant ægrotare	Paulus	hodie	☉	10	17	7	Cris.
	Cæsar	cras	☽	11	18	8	
	Ferdinãdus	postridie	♂	12	19	9	

Itidem in alijs ☽ Lunæ quadrangulis, in quibus Crises irritabunt, uel exitiosas, uel salutares, iuxta propriam ægrotantis materiam, bene, uel male, dispositam. Non enim Luna ☽ excitat eandem crisim in omnibus. Quippe quæ diuersos producit

effectus, secundum diuersas humorum, & complexionum qualitates ex diuersis genituris, atque annuis, menstruisque conuersionibus. Luna ☽ igitur cuique ægrotanti per suas septimanas humorum commotiones excitabit ad crisim. Ad singulos igitur Crisimos, atque Decretorios dies prouocandos, Lunam ipsam, & reliquos Planetas sigillatim concurrere, manifestum est. Hoc autem non usque adeo obuia sunt, Physicis rerum cœlestium ignaris.

Dubium. ❡ Si quispiam præterea ab ipso Galeno perquireret, quid causæ est quod si duo homines eodem præcise temporis momento in ægrotationem inciderent, nihilo tamen secius, Crisis unius non eueniet eadem hora, qua & crisis alterius, quod in confesso est omnibus ubique.

Respondetur ❡ Gauricus pro ipso Galeno responderet, id eatenus accidere, quatenus uirtus opificis diuersificatur a uirtute recipientis, seu uirtus recipientis diuersificatur a uirtute ipsius opificis, quemadmodum ab radiis Solaribus, tela linea albescit, facies aūt candida, denigrescit, & ueluti Argilla durescit, cera autē liquescit, uno eodemque igni. Sic etiam diuersæ crises accidunt, exempli gratia, in puero, & sene, si eodem temporis momento ægrotare incipiant, crises diuersificabuntur, quum puer sit calidæ, & humidæ complexionis, senex autem frigidæ, & humescentis. Videmus etiam quod æstiui uapores plus officiunt iuuenibus, quam senescentibus: Bruma uero magis obest senibus, quam adolescentulis. Ad hæc etiam non solum ☽ Luna, & cæteri Planetæ cōcurrunt, sed. 4. anni tempora, Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems. Dato etiam quod reperiantur duo homines, eiusdem complexionis in uniuersali, nihilominus differunt in particulari, quod prouenire posset, ex uariis eorum genituris, annuisque (ut supra dictum est) conuersionibus.

DE CRISIBVS.

LVC. GAVR. CRISIS, κρίσις Græcum est uocabulum, a uerbo κρίνω κρίνω, Latine, iudico, decerno, delibero, & separo. Crisis κρίσις igitur Græce, apud Latinos iudicium, inde dies Critici, idest, discretiui, iudiciarii, iudicātes, & (ut ita dixerim) iudicatiui, a Neotericis nuncupantur, ab Hyppocrate, Galeno, & Auicenna, Decretorii. Decretum a (quo dies Decretorii) finis est morborum mediante duello, inter uirtutem regitiuam, seu uegetatiuā, & humorē ipsum ad latus sanitatis, uel exitii cōtingens.

❡ Crisis igitur est pugna uirtutis contra morbum, & e conuerso.

❡ Crisis præterea, Latine iudicium, decretum, atque censura, nūcupatur, & quas Græci crises, nostri decreta, siue tēperamenta, & temperatos dies appellare cōsueuerunt.

❡ Crasis autem complexio uocatur.

❡ Crisis item est repugnātia quædam naturæ, & morbi, siue pugna, & duellum intra morbum, & naturam. Adeoquidem quod si natura superat, & detrudit morbum, dicetur crisis bona, & laudabilis. Sin morbus uincit naturam ipsam, dicetur crisis mala, atque perniciosa.

❡ Crisis denique est alteratio humani corporis subito propemodum facta ad latus salubritatis, uel ad latus mortis, hoc est, ad salutem, uel perniciem, atque internitionē ægrotantis. In criticis quippe diebus intra naturam, & morbum pugna excitatur acerrima.

❡ Et nullam prorsus autumant esse differentiam, inter dies Criticos, Crismos, atque decretorios, nam κρίσιμοι ἡμέραι iudiciarii dies sunt, quippe qui in illis de ægritudinū

ratione

ratione fieri poteſt de ægrotantibus iudicium, quales perhibent eſſe. 7. 14. 20. uel 21. 27. ſeu. 28.

Paulus Agineta ex Galeno libro. 3. cap. 2. Illud tempus principium morbi appel lemus, quum iam manifeſte febrire orſi decubuerint.

¶ Initium igitur morbi ſumitur ab hora inuaſionis manifeſtæ, qua æger, & Medi cus percipiunt ægrotanté febrire, alioqui impediri, ſiue lędi in operationibus ſuis conſuetis, & hoc potiſſimum in acutis morbis, qui confeſtim inuadunt hominem ægrotantem, qui prius conualeſcebat.

¶ Criſis eſt in ſe effectus naturæ naturaliter operātis, per aliquē finem q eſt ſanitas. Nicolaus Flo rentinus.

¶ Criſis eſt uelox, & uehemens motus morbi, quum infirmus ad ſanitatem, uel ad mortem deducitur. Omnis igitur uelox, & uehemens morbi motus, criſis appel lari poteſt. Galenus.

¶ Eſt etiam criſis localis motus naturæ, & humorum expulſio.

¶ Vel criſis eſt motus non localis omnino, ſed potius alterationis.

¶ Criſis importat iudicium, & eſt mutatio (ut dictum eſt) uelox, quæ infirmo cum accidentium fit difficultate, ad latus ſalutis, aut ægritudinis, ſiue interitus.

¶ Criſis præterea eſt acuta, ideſt, uelox in morbis reportatio, uel ad ſanitatem, uel ad mortem. Hyppocrates Aphoriſm. 2.

¶ Plures morbi terminantur ad ſalutem, q̄ ad mortem, exceptis peſtilentialibus, ubi materia eſt adeo maligna, atq; uenenoſa, ut natura ſæpius non attentet inire pu gnam cum morbo, unde non dicitur criſis proprie, niſi ea quæ ſalubris fuerit.

¶ Criſis eſt uelox motus morbi ad ſalutem, uel ad mortem. Mors autem eſt prędo minium completum ægritudinis ſupra naturam ipſam. Vita autem dominium eſt naturæ ſupra materiam morbi peccantem. Auicenna in cã ticis.

¶ Criſis itaq; (ut ferme omnes inquiunt) eſt uelox, & uehemens motus, ad ſalubri tatem, uel ad interitum. Vehemens idcirco, quoniam ex ſæuis ſymptomatis, ſiue ac cidentibus ingruit in ægrotantes, quippe qui tunc natura, & morbi pugna excita tur, utplurimum ſæuiſſima, atq; acerrima, & nulla eſt perfecta criſis, in qua non fiat ſenſibilis materiæ peccantis expulſio, ſiue permutatio aliqua. LVC. GAVR.

¶ Criſis præterea præambulum eſt, quod inter humorem noxium, & ipſam natu ram, ſeu uirtutem incipit, utpote leuis ſudor, ſolutio alui, cordis moleſtiæ, tremor hoſcitatio uomitus, nauſea, pruritus narium, fluxus ſanguinis e naribus. Signa igitur criſium uniuerſalia patent, hoc rurali medicorum tetraſtico.

Sudor, & vrinæ pariter ſolutio uentris,
Sanguis, apoſtema, uomitus, ſunt critica ſigna,
Ethica, ſerpigo, cancer, conuulſio carnis,
Non ſeruant criticos tempora certa dies.

¶ Conciliator Petrus Aponenſis differentia. 103. citat Galeni diffinitionem hanc.

¶ Criſis eſt mutatio uelox, quæ infirmo accidit, cum accidentium difficultate ad latus ſanitatis, uel mortis.

¶ Per iſtam diffinitionem uelox intelligitur, q̄ non omnes morbi critice terminan tur, ut eſt ephimera, quæ in una die, uel ethica, quæ paulatim amouetur.

Velox etiam dicitur, quippe quæ ab accidentibus ſæuis excitatur. Semper enim tunc ſæuiora fiunt accidentia, nulla quippe hora totius ægritudinis periculoſior

D

est q̃ hora ipsius crisis, quandoquidem pedes, manus, cum naso, cæterisq; partibus extremis corporis frigidiora fiunt.

Hyppocrates Aphorism. 2. Prognostico. 3. ¶ Aphorismorum. 4. & crisium. 3. habetur.

¶ Crisis euenit in deteriori ægritudinis hora periodi, hæc autem est paroxismus.

¶ Crisis est quædam celeritas ad salutem.

¶ Alia paulatine ad salutem.

¶ Alia paulatine ad mortem, liquefactio, & consumptio nominata.

¶ Crisis uerior est illa quæ conuertitur celerius ad salutem, uel ad mortem, sed pro priissima quæ mox conuertitur ad salutem.

3. criticorum. ¶ Quæ uero ad mortem confestim non dicitur simpliciter crisis, sed cum determinatione pura crisis mala.

¶ Crisis dicitur solum in ægritudine materiali, in immaturali uero, ut est ephimera uel ethica non est crisis propria.

¶ De essentia acutæ ægritudinis est, ut sit periculosa, & cito terminabilis, unde Aphorismo secundo. Acutæ ægritudines magnæ sunt, & perniciosæ, seu periculosæ, & ad statum properantes cito. Ephimera enim quãq; cito terminetur, non tamen de se est periculosa. Ethica autem etsi periculosa, tarde tamen peficitur.

¶ Critici sunt, tempus illud, in quo natura ipsa cosnurgit ad maligni noxijq; humoris expulsionem, siue permutationem ad salutem, uel internitionem. Aut subito quidem, sed non prorsus ægrotantem illico conualescere, & hanc crisim imperfectam uocauit Galenus. Si ægrotus quapiam perspicua expulsione, seu apostase ad exitum labitur, hæc noxia, & perniciosa crisis nuncupatur. Nulla igitur est perfecta crisis, nisi fuerit expulsio aliqua noxij humoris, & quæ ad salutem uergat.

¶ Galenus inquit, ægrotantium corporum duplex fieri solet permutatio, utpote uel ad salutem, uel ad mortem, ad ualetudinem, aut per euacuationem perspicuam subito, & hanc Greci commodissimo uocabulo crisim uocitant, nostri uero decretũ.

¶ Critici præterea, siue Decretorij, Indicatiui, Iudiciarijq; dies sunt, in quibus fit aliquod iudicium, siue indicium, & determinatio morborum ad salubritatem, uel exitium, & interitum ægrotantis, utpote qua die, qua'ue hora fieri deberet crisis pro salute, uel interitu eius, & sunt ut plurimũ isti dies critici. 7. 14. 21. 28. in quo libet enim istorum dierum. Si Luna a beneficis stellis irroretur, uel fœlicibus radijs illustretur, signum erit futuræ salubritatis, e contra autem mortis si a maleficis hostiliter iaculetur. In acutis igitur ægritudinibus potissimum critici dies sunt superius annotati. 7. 14. 21. 28. Quemadmodum elicitur ab Hyppocrate, Heraclio, Diocle, Archigene, & Galeno.

¶ Decretorij item dies sunt tempus, quo uirtus humani corporis cogitur per humoris noxij perspicuam expulsionem a certamine dimoueri, & hoc frequentius in dictis diebus. 7. 14. 21. ad salutem, uel ad mortem. Conflictus quippe uirtutis, & humoris noxij desinere solet aliqua expulsione, uel occupatione interueniente. Idcirco hos decretorios esse prodiit Galenus. In cæteris autẽ diebus, & si huiusce modi expulsiones interdum uisuntur, quum hæc non semper, nec frequenter contingant, decretorij non fuerunt nuncupati.

¶ Iudicatiui autem dies dicti sunt, quippe ꝙ signum, siue iudicium aliquod prebere consueuerunt futuræ crisis, uel dies in quibus apparent uestigia quæ sunt significationes alterationis materiæ, utpote digestionis, uel indigestionis, et qua die, qua ue hora, qualisq; fieri debeat crisis, per huiuscemodi etiam dies, Indicatiuos, Medici solertes, et rerum cœlestium non ignari, certiores fieri poterunt de salute, uel interitu ægrotantis, utpote per crisim illicet, atq; immediate sequentem.

¶ Intercidentes, siue intercadentes, interiiecti, interpolares, et interpolati, dicuntur dies, qui inter criticos, et indicatiuos interiacent. Celsus hosce intercidentes dies nuncupabat crisimos, et prouocatorios, et est tempus in quo humor noxius uirtutem prouocat ad pugnam.

¶ Hyppocrates appellabat dies indices, et contemplabiles, in quibus apparet aliquod signum indicationis, seu futuræ crisis, indicatiuum utpote. 7. 11. 14. 17. Contemplabiles igitur, et prouocatiui dies sunt, in quibus solet accidere crisis, et noxii humores naturam irritant ad pugnam. In prouocatoriis quippe diebus crisis fieri solet, nihilo tamen minus per accidens, uel ratione uirtutis, uel Medicinæ, uel cuiuspiam symptomatis.

¶ Vacui, siue superuacui dies dicuntur, qui non sunt prouocatorii, nec decretorii, nec iudiciarii, ut in morbis cholericis. 2. 6. 8. 10. 12. 16. 18. Quia non prouocat, nec iudicant, nec decernunt, et Medicus in eis potest naturæ ægrotantis suum, prebere patrocinium, in illis quippe aluus esset educendus. In die autem decretorio, Medicus nihil exhibere debet ægrotantibus.

¶ Vacui præterea (quos medicinales etiam uocitant) dies sunt, in quibus natura quiescere aliquantulum, & refocillari poterit æger, non enim dissidii quidpiam concitatur, inter morbum, & naturalem ægrotantis uirtutẽ. Adeoquidem ꝙ per diem illum uacuum, Medicus illi tuto pharmacum exhibere poterit. verum

Materies, virtus. Medicus, symptoma, minister
Sydera sunt, crises quæ uariare solent.

¶ Acuti morbi in. 14. diebus iudicantur. — Hyppocrates Aphorism. 23.

MORBOS acutos, humorum causa prouenientes in die. 14. terminari, per accidens uero ad. 20. ascendere concedit Hyppocrates. — Galeno interprete.

¶ Indicatio subita est in morbo, uel ad sanitatem, uel ad mortem, mutatio. Fit autẽ natura seperante a bonis mala. Huiuscemodi permutationes quando uniuersim a morbo fiũt, Hyppocrates uocat crises, idest, iudicationes, in quibus nonnunq; subito integra sanitas restituitur, aut moritur æger. Nonnunq; uero magna fit, uel ad salutem, uel ad mortem permutatio, non tamen aut subito sanatur, aut moritur, ita ut. 4. sint in ipsis celebres permutationes, ad salutem, uel ad mortem, uel inclinationes ad melius, uel ad peius.

¶ Galenus præterea testatur, aliquas ægritudines esse acutas, aliquas peracutas, aliquas perpacutas, hoc est, ualde acutas, aliquas cronicas, & quasdã ex iis qnq; quiescere, & complete terminari. Quasdam deniq; post apparentem illam quietẽ rursus redire sæuiores, quinimo ægrotantibus diuersas accidere mutationes ob id in cõmune quoddã iudiciũ oẽs ꝑpemodũ Medici deuenerũt, ut statis, & certis qbusdã dieb9

Ægritudines. Acutæ. Peracutæ. Perperacutæ. Chronicæ. Quiescentes. Sæuiores.

aut uirtus contra materiam peccantem insurgeret,aut ægritudinis materia, siue natura ipsa ab aliqua causa excitaretur,excitata dein, contra naturam, uirtutemq; rebellis insurgeret:& insurgendo illam stimulis impelleret,atq; propulsaret,unde nõ immerito huiusmodi pugnam, siue duellum, illustres Medici,crisim, siue crismos, atq; decretorios dies appellauere,quos Græci criticos nuncupare consueuerunt.

Galen' facit q

¶ Rex,uirtus est,& natura.
¶ Ciuitas,corpus ægrum.
¶ Tyrañus,est morbus,seu natura morbi.
¶ Bellum, est pugna inter naturam, & morbũ,regem,& hostẽ,q̃ scilicet crisis est
¶ Actor,est virtus.
¶ Reus, morbus.
¶ Testes,signa crisis.
¶ Iudex,Deus,& Medicus
¶ Crisis,iudicium.
¶ Morbus,Actor.
¶ Materia,Reus.
¶ Iudex,Medicus.
¶ Accidentia,Testes.

Ex Cornelio Celso

EST autem alia etiam de diebus ipsis criticis dubitatio, quoniam antiqui potissimũ impares sequebantur, eosq; tanq̃ tunc de ægris iudicant κρισιμους nominabãt, in his erant dies.3.5.7.9.11.21.Ita ut sum̃a potentia.7.dein.14.dein.21 daretur.Sic igitur ægros nutriebant,ut dierum imparium accessiones expectarent, dein postea cibus,quasi leuioribus accessionibus instantibus,darent,adeo ut Hyppocrates, si alio die febris desisset recidiuam timere sit solitus. Id Asclepiades iure (ut uanum repudiauit) neque in illo die,quia par, impar'ue esset,his uel maius, uel minus,periculum esse,dixit. Interdum enim peiores dies pares fiunt, & oportunius post eorum accessiones cibus datur, nonnunquã etiam in ipso morbo dierum ratio mutatur,fitq; grauior qui remissior esse cõsueuit,atqui ipse.14.par est,in quo esse magnam uim,Antiqui fatebantur.

Crisis deniq;(ut sæpius dictum est) idem quod iudicium inferre uidetur,crismosque dies iudiciarios uocitant. Siquidem (ut testatur Galenus in primo de diebus decretorijs) uidebis qui sint præsentes, & astantes infirmo,ex illis qui sunt solliciti de eo timere supra ipsum timore uehemẽte,ut audias illos dicentes,q; dispositio eius infirmi est,sicut dispositio uiri qui est positus ante iudicium,qui iudicat super ipsum suo iudicio in sanguine, & secundum hanc intentionem impositum est hoc nomen crisis.

¶ Auicenna dum de crisi loqueretur,secunda quarti (inquit) crisis intentio,est separatio in locutionibus,& in ciuilibus questionibus, ueluti conciliator Aponensis interpretatus est, transumptum enim est per similitudinem hoc nomen crisis a iudicio ciuili.

¶ Rhodoan uero in diebus criticis,siue decretorijs,testatur esse pugnam inter naturam,& morbum,natura namq; deuicta est a morbo circa initium ægritudinis, qñ scilicet dolere, seu febricitare incipit,& materia morbi prohibet naturam,ne præcedant eius opera secundum æqualitatem,sana,& ualida,nec repugnat morbo in illa hora qua uincitur,sed expectat,ut ☽ Luna sit in loco illi contrario.Sicut agit prudens accusator,cum accusato insipiente.

Hyppocrates, Medicorum omnium facile princeps, inquit. Non ubi primum capite quis doluerit,sed quum febricitauerit,morbi initium esse constituit,utpote hora sensibilis læsionis,non autem accubitus:quo fit ut dies isti decretorij,siue critici nuncupentur pugnæ per quam fit iudicium.

Methaphorice igitur,crisim,tanq̃ iudicium ciuile appellant. Quippe qui si rem istam recte pensitemus,singula per metaphoram, hoc est, similitudinem quandam accommodari depræhendemus. in ciuili namq; iudicio est materia de qua litigatur,utpote possessio,uel domus aliqua. Sũt & collitigantes,Cæsar,& Paulus,mox accedunt testes,aduocati,scripturæ,registri,tabelliones,& reliqua tanq̃ adminicula,adest postmodum Iudex, anditores Rotæ, qui sententiam promulgare debent. Non aliter in ægritudine quapiam,materia enim circa quam agitur,est corpus humanum, aduersarii tanq̃ collitigantes, sunt natura, & morbus. Adminicula uero utriusq; sunt maligni humores materiæ, sequa quippe accidentia spiritus,calor naturalis,& reliqua. Astātes,& Medicus,tanq̃ Iudex,ex quibus omnibus cõstat huiusmodi naturæ cum morbo terminationẽ pugnæ crisim esse, & ab ea dies criticos, siue crisimos,atq; decretorios,non immerito nuncupari. Tres autem potissimæ uidentur esse causæ dierum criticorum,uirtus scilicet,materia morbi, & cœlestes afflatus: virtus siquidẽ agens in materiam ipsius morbi, si fuerit fortis,materia uero modica,nec satis maligna,cito illam digerendo præparat,atq; præparatam expellit,sin uirtus fuerit debilis,materia autem maligna,& ualde furiosa,q̃ cito,& quasi extemplo uirtus illa debilitatur,atq; prosternitur, sin æquales fuerint in potentia, ægritudo illa prolongabitur, ab æquali siquidem proportione non sequitur actio (inqt Philosophus) quippe qui uidemus tam merito uirtutis,q̃ materiæ,ꝙ nulla certa nulla regularis, neq; determinata, assignari potest ratio dierum Criticorum, nisi ex cœlesti defluxu,& potissimũ Lunæ peragrationibus.Idcirco Galenus ipse in principio tertii criticorum testatur,quatenus materia ipsa est agitabilis, non adhærens uni dumtaxat uiæ,neq; ordini,& ista est prima radix dierum criticorum.Altera aũt est res currens,secundum ordinem unum,& uiam unam,propter corpora cœlestia, quod est,quia omnibus quæ apud nos sunt,non aduenit ordo, nisi per illa corpora cœlestia diuina.hæc Galenus ferme ad literam. Iure igitur optimo, duæ primæ causæ,uirtus scilicet,& materia,quæ ex seipsis inordinate ad crisim procederēt nisi a corporibus cœlestibus regulatæ debito,ac certo calle procederent, quo fit ut certos quosdam habeant creticandi dies. Quos Medici Astrologiæ ignari, digno scere neutiq̃ possent,nisi ad peritos cõfugiant Astronomos,aut ipsi prius Astronomiam didicerint,alioqui confusa quapiam,atq; erronea turbatione decipiētur,nam si facta crisi imperfecta,quam indicatiuam uocitant, Medicus ægrotum bene custodierit cum remediis cõgruis adhibitis, ab illa ægrotatione,æger ille,q̃ facillime cõualescet,si autem neglecta fuerit,tunc deterior resiliet ægritudo,& ęgrotans ille,diẽ suum obibit extremum. Medicus igitur præscire debet tempora futurarum crisiũ ut ęgrotantibus congrua remedia applicare ualeat.Nullo igitur pacto condonamus Medicis Astrologiæ imperitis,aduersus quascunq; ualetudines merito humorum,& suapte dumtaxat materia prouenire,sed ab Astris,& potissimum ab ipsa ☽ Luna, terris proximiore. Immo audacter affirmamus ægritudines (ut Neoterici inquiunt) perperacutas,hoc est,ualde acutas,circa diem.7.ab hora sensibilis læsionis terminari,peracutas autem circiter. 14.aut.21. Galenus.

Quis enim tam stolidus,ac mentis inops, denegare auderet, huiusmodi decretorios dies ,nisi a corporibus cœlestibus,& potissimum ab ipsa Luna (ut supra diximus) terris proximiore,causari? Compertum quippe est apud Philsophos, con

ſcia fatorum ſydera agere in hæc inferiora, mediante motu, & lumine, quorum cõgeries ab Aſtrologis influentia nuncupatur.

¶ Vulgata ſiquidem eſt Philoſophi auctoritas in. 2. de generatione, propter acceſſum, & receſſum ☉ Solis, & Planetarum in obliquo circulo, hoc eſt, ſub zodiaco fieri generationes, & corruptiones in iſtis inferioribus, quin etiã in proloquio, ſiue proemio Metheororũ, Neceſſe eſt (inquit) hũc mundũ inferiorem lationibus ſuperiorib⁹ eſſe contiguũ, ut tota uirtus inde gubernetur. Non'ne ſenſibiliter apparet in luminarium ſynodis, atq; pleniluniis ſemper quodamodo Aera ipſum alterari, præſertim ſi tunc ☽ fuerit in Martis coitu, uel ab eo hoſtilibus radiis uulnerata. Immo quotidie experimur animantium ferme omnium corpora, diuerſis plerumq; qualitatibus affici. Non'ne etiam uidemus conchilia, cocleas, & carcinos, augeri aucto lumine lunari, diminuto autem diminui?

¶ Aponenſis conciliator differentia. 104. inquit, Si Luna ſilente, quiſpiam ægrotare cœperit, quod frequenter accidit, unde computabimus dies Criticos morbi illius? quum die. 3. Luna incipiat illuminari ab ipſo Sole ☉ Quod ſi morbus ille ſit peracutus, aut perperacutus, Luna ☽ ſilente, non erit aſſignandus dies ille Criticus?

LVC. GAVR. ¶ Ego affirmare auſim φ tam ſilente, q̃ non ſilente Luna ☽ criſis excitari deberet, quandocunq; ipſa a gradu ſigniferi, in quo quiſpiam ægrotare cœperit, motu ſuo peruenerit ad. 90. ab illo gradu, utpote tetragonam radiationem, quæ ut plurimũ inſalubris eſſe conſueuit. Hæc in tantum dicta ſint, ut pernoſcamus ſingulas propemodum rerũ inferiorum mutationes, tam generales q̃ particulares, tũ magnas, tum paruas, fortes uel debiles, diuturnas, uel momentaneas, quas omneis appellare poſſumus, criſes, a cœleſtibus, diuerſis tamen, & proportionatis influxibus dependere. Hinc ſibi Galenus ſumpſit, ægrotationes, menſtruas, a Luna, Annuas uero a Sole ☉ dependere, & gubernari; cuius rationem in. 3. criticorum adduxit. Sol enim annua cõuerſione totum ſigniferum percurrens, Ver, Aeſtatem, Autumnum, & Hyemem, producit, in noſtro hoc inferiore hemiſphærio, cunctiſq; rebus inferioribus prædominatur.

Die.	H.
365.	6

¶ Non immerito igitur Hyppocrates in hæc uerba prorupit, æſtiuas ægritudines in Hyeme, brumales uero ut plurimum in Aeſtate ſolui, quatenus denotaret chronicarum ægritudinum, tales fieri periodos, quales Solis motus oſtendit, ægrotationes autem acutas, & ualde acutas: intra menſtruam intercapedinem terminari, ut nobis inſinuaret, quatenus quicquid tunc perficitur a Luna uariationem aſſumere, ☽ Luna etenim poſt Solem ☉ tanquã Solis uicaria, magnam in permutando hęc inferiora poteſtatem ſibi uendicat, Quæ (ut ſæpe diximus) terris proximior aliorum ſyderum uirtutes, affectioneſq; ſuſcipiens, celeri ſuo motu totum ſigniferum permeat in diebus. 28. horis. 8. Hiis itaq; declaratis, ulterius etiam Galenus affirmauit Lunam ſuper diebus decretoriis, dominiũ ſpecialiter ſibi uendicare, ſiquidem pręcæteris Planetis magis præeſt humoribus inferiorum corporum, & Arati Poetæ, & Aſtronomorum teſtimonio comprobat, cuius carmina in primo annotauimus libello, & Maronis Mantuani auctoritate comprobauimus.

¶ Hiis dictis potuiſſet etiam Galenus adiungere, quemadmodũ conuerſiones menſtruæ a Luna ☽ moderãtur, & annuæ ab ipſo ☉ Sole. Ita etiam chronicæ, ſeu diuturniores a ♄ Saturno, quem temporis chronocratorem uocitant. Conſtat igitur

ex multorum medentium,atq; Astronomorum ferme omnium obseruationibus, atque consensu, Lunam ipsam humoribus & complexionibus humanorũ corporum prædominium sibi uendicare, & inde naturam morbi in ægritudinibus, refrenare, moderari,ac regere,ut statis quibusdam diebus,quos decretorios,siue criticos, nuncupant,sibi inuicem repugnare.Luna ☽ igitur quanq; propius in hæc inferiora cõtinue suos producat effectus,nihilo tamẽ seccius efficatiores,ac magis perceptibiles & euidentiores in diebus.4.7.11.14.17.20.uel.21.28. producere consueuit, ita ut hos dies Galenus,& Hyppocrates,criticos esse uoluerint.Ex Lunari insuper mẽse quatuor potissimum fiunt alterationes,siue mutationes,imprimis dum Luna est synodica,hoc est, ☌ Solaribus radijs partiliter alligata.Dein in prima ipsius cum Sole ☌ tetragona radiatione sinistra,postmodum in eptagona, siue diametrali intuitu,in secunda deniq; tetragona,siue quadrata radiatione dextra, ut in hoc exemplo figuræ sequentis.



☌	Coitus, congressus, synodus, coniunctio.
⚹	Exagonus sextilis aspectus.
□	Tetragonus, Quadratus.
△	Trigonus, trinus, perfectus.
☍	Diameter, heptagonus, oppositus.

¶ Quo fit, ut Luna ☽ nunc iam crescente, nunc uero decrescente, per quatuor hebdomadas, critici dies sigillatim permutentur. Quæcunq; enim signa ex ipso Lunari motu, ac lumine apparuerint, hæc inferiora alterando, illorum effectus ad primam usque eius quadraturam continuantur, ac successiue producuntur, & quæ in hac significantur, ad totilunium usq;, a plenilunio autem hoc ad secundam eius cũ ☉ Sole tetragonam intuitionem. Deinde ad secundam sinodum sequentem, iuxta Medicorum obseruationes, quasi quilibet horum quatuor, pũctorum perinde atque nouum semper determinatum sibi, 7. dierũ initium postulet, huiuscemodi dierum criticorum distributionem, per numerum septenarum ordinauit, cuius septenarij medietas nonnihil etiam uirtutis in iudicando habere, saltem per criticos, Galenus tradidit, & hoc indicantes similiter sese, ut in criticis septenarij numerositate transcendere, nam sicut intra. 4. &. 14. & rursus ab his ad. 21. septenarij norma, custoditur. Ita inter primum quatemarium, & undecimum, & inde ad decimum septimum, idem seruatur excessus, cæterum ex hac rationabili positione colligitur. Quascunque aduersas ualetudines in aliquo horum quatuor punctorum, semper quodammodo initia malignitatis assumere, in aliis uero temporibus, ratio hæc nõ ita ad unguem quadrare uidetur, Luna etenim ipsa sub quocunque signiferi puncto fuerit reperta, in principio ægritudinis, quotiensc unq; ad eius ipsius tetragonicum, aut heptagonum, seu diametralem, intuitum peragrauerit, nouam semper efficacem, atq; magis sensibilem agendi potentiam sortiatur, qua inferiora hæc perturbet, quod non ex Luna ☽ solummodo, sed ex locorum, atque cœlestium signorum repugnantia, & Planetarum congressibus, mutuisq; radiationibus prouenire, declarabimus. Sicuti enim Luna ☽ beneficis, aut hostilibus stellarum radiationibus, aut synodis, applicuerit. Ita salutares Malasue crises producere, Aegyptiorũ Astrologorum testimonio, Galenus asseruit. Quoniam Luna ☽ in diebus. 27. & horis. 8. fere totum perambulat signiferum, quam temporis intercapedinem, peragrationis mensem appellant, in hebdomadas. 4. diuisum, septenarij rationem utcunq; excedit. Quælibet enim hebdomada ex diebus sex, horis uiginti; consurgit, atque perficitur. Quocirca, 3. hebdomadæ, ex diebus. 20. horisq;. 12. conflabuntur. Quo fit ut tertiæ hebdomadæ dies. 20. uicesimus criticus primas. 12. horas sibi prius uendicet. Alias autem. 12, ultimas. 21. uicesimo primo elargiatur, atq; contribuat. Quamobrem uterque dies, tam. 20. q̃. 21. secundum huiusce computationis normam criticus apellabitur, hic quidem in acutis ægritudinibus, quæ per imparia, ille autem in chronicis quæ per paria procedunt. Quod Archigenes profitebatur, & dies. 20. &. 21. criticos uocitabat.

Hebd.	D.	H.
1	6	20
2	13	16
3	20	12
4	27	8

		Die.
[illegible]	uelox	20
	tarda	21

¶ Huiusmodi inuentum non secus atq; suum, Conciliator Petrus Aponensis recitauit in differentia. 105. & Galenus ipse in. 3. criticorum ueluti ex utroq;, tam coniunctionalis, q̃ peragrationis mense congestam, atq; conflatam uirtutem quandam eliceret,

eliceret,simul &.20.diem cum Hyppocrate potiusq̃.21.criticum esse defenderit. Tempus enim in quo ☽ ad coitum Solis ☉ remeat, quem mensem lunarem appel lant dies.29.cum horis.12.minutis.44.complectitur, a quo si dies fere.3.deman tur,quibus ☽ Solaribus obruta radijs: lucentem ipsius Globi partem non ad inferiora hæc,sed ad superiora reflectens uim permutandi hæc interiora deperdit.Remanent igitur dies.26.cum horis.12.Quod temporis interstitium,mensem mani festæ apparitionis nuncupauit,cui remporis interuallo si dies.27.cum horis.8.adieceris,utpote tempus quo ☽ restitutionem unam absoluit,quem (ut diximus) peragrationis mensem appellant, fiet congeries illa dierum. 53 horarum.20. Quos si bifariã secueris illico prodibit tempus,quod a Galeno mensis medicinalis nuncupatur. Quo inuento, Galenus ipse suum intentum contra Archigenem assecutus est. Quippe qui si mensis ille Medicinalis complectitur dies.26.horas.22.erunt singulæ ipsius hebdomadę ex diebus.6.horis.17.cum dimidia utpote minuta.30 Dimidium uero ipsius hebdomadæ,dies.3.horas.8.minutas.45.complectetur,& ex consequenti dies quilibet Medicinalis horas.22.minutas.4.fere sibi uendicabit. Dimidium uero mensis Medicinalis complectetur dies.13.cum horis.11.quo fit ut dies.14.naturales undecim dumtaxat ipsius horas primas habeat criticas.Reliquas autẽ.13.non criticas.Septimus quoq; dies naturalis,horas.17.criticas sortie tur. Reliquas autem.7.septem non criticas.Quocirca tertius septimanus criticus, hoc est, tertia Medicinalis hebdomada ad diem.20.cum horis.4.minutis.30.dumtaxat adiiectis terminabitur, hæc eadem omnia sequentis tabellæ typus indicabit. quem hic a dextris in margine annotabimus.

Dies.	Ho.	M.
29	12	44.
3	0	0.
26	12	44.

Meo autem iudicio Luna semper in hec inferiora influit.

Di.	H.	
27.	8.	pagra.
20.	12.	appari.
53	20.	ʒ actie.

	D.	H.	M.
Mensi.	26.	22.	0
hebd.	6.	17.	30
mẽ. he.	3.	8.	45
Di.	22.	8.	med.

	hebd. D.	H.	M.
	0.	23.	4
	1.	22.	8
	2.	21.	12
1	3.	20.	16
	4.	19.	20
	5.	18.	24
	6.	17.	30
	7.	16.	34
	8.	15.	38
	9.	14.	42
2	10.	13.	46
	11.	12.	50
	12.	11.	54
	13.	10.	58
	14.	10.	4
	15.	9.	8
	16.	8.	12
3	17.	7.	16
	18.	6.	20
	19.	5.	24
	20.	4.	30
	21.	3.	34
	22.	2.	38
	23.	1.	42
4	24.	0.	46
	24.	13.	50
	25.	22.	58
	26.	22.	0
1	6.	17.	30
2	13.	11.	0
3	20.	4.	30
4	26.	22.	0
Mensis Galeni.			

¶ Totus denięq; dies.20.erit decretorius,atq; ita efficitur, quod Galenus exoptabat ex sententia cuius quaternarij oẽs erunt indicatiui, seu decretorii, Septeni aũt critici,eritq; primus,septimus a secundo singularis,propter id quod infert Hyppocratis aphorismus.Sed.8.octauus dies alterius septimanæ erit initium, duo autem alij septeni sunt continuati ab.14.inclusiue, usq; ad.20.quoq; inclusiue. Hoc etiã pacto indicatiui septenis distant, primus discretus a secũdo,quartus scilicet ab.11. ¶ Secundus autem tertio cõtinuatus,ut.11.ad.17.Rursus alij discreti,& ita deinceps successiue. Non autem dixit Auicenna, regulam in quartanis fore attendendam in ægritudinibus,citra.20.dies terminandis magis attẽdendi sunt,septeni autem in ulterioribus. Primus enim quartenarius est cõmunis cum sequẽte ad.7.usq; diem. primæ uidelicet hebdomadæ medietas. Tertius autem quartanus finitur in 11.ubi fit continuatio usq; ad.14. Currit ergo res in quartanis, inquit Auicenna, secunda quarti,q̃ primus,& secundus sunt cõtinuati,Secundus,& tertius discontinuati,siue disgregati,Tertius,& quartus continuati,& quando pertrãsierit,tunc accidet diuersitas.Duo siquidem ultimi usque ad.20.sunt continuati omnes,& ultra.20. sequitur prima norma, quemadmodum ex eodem loco nobis colligere licuit,quibus omnibus ita enucleatis, manifestũ est. Qui sint critici,qui'ue apud Medicos,indicatiui,siue decretorij dies,& qua de causa septeni tantumodo, atq; quaterni ad eiusmodi deputentur officium, exclusis reliquis: quum tamen nonnullos adaptare possemus,ut fiant critici,utpote.6.9.18.& alij quos intercidentes, in medicina Galenus nuncupauit.Nonnullos autem prorsus abiiciendos,& in huiusmodi negotio inutiles, quales sunt.12.16.& alij plerique. Verum enim uero hos

Verius crisis incidit in.20.q̃ in.21.

intercidentes non a principali causa, sed accidentali quodam euentu receptos asseruit. Inquit enim quando res omnes currunt cursu naturali, tunc uirtus expulsiua non perficit suam operationem nisi cõpleta motiuæ uirtutis operatione, nihilo ta men minus ipsa quandoq; in quibusdam horis cogitur expellere nociuum, anteq̃; maturatio completatur, & similiter maturatio quandoq; completa est, & uirtus retardatur in expellendo propter suam debilitatem. Et dedit Galenus exemplum de stomacho. Esse autem crisim ante horam suam malum est (inquit ipse) propterea ꝙ extrahit de corpore iuuatiuum simul cum nocitiuo. Hoc autem per accidens fieri intrinsecum affirmauit, ueluti fuit error cuiusdam Medici, qui diem criticum a cœlesti defluxu deputatum ignorans, dietam ordinauit aliter q̃; debuerat. Aut error infirmi, uel astantium parere nolentium, quæ omnia extrinsecus connumerantur. Res autẽ extrinsecus existentes, sunt causæ ægritudinum, & earum paroxismi Poterit tamen & materiæ malignitas: & cœlestis influxus coniurare contra naturã ꝙ crisis anticipabitur: Siquidem non præparata ad pugnam exire, cogetur, unde ut in pluribus anticipatio mala, e conuerso autem quando postponitur, ut in hoc exemplo, Crisis quæ in die.4. futura erat, aliquando anticipabitur, & fiet in tertia, aut postponetur, & fiet in quinta. Similiter quæ futura erat in.7. interdum fiet in sexta. Aliquando autem in.8. & hoc propter tarditatem motus Lunæ ☽ antici pat enim quando est uelox cursu, retardat autem quando est cursu tarda, assimilaturq; a Galeno dies.7. bono regi, & principi, qui adiuuat populos suos, & cum iustitia facit quod decet, & debet. Quandoquidem crises in die.7. utplurimum fiunt salutares. Dies autem.6. assimilatur Tyranno, quippe qui utplurimum in die.6. crises consueuerunt esse letales non aliter in.13.&.15. secundum anticipationem et postpositionem, dicimus, et similiter in alijs. Huius autem anticipationis, et inuẽtionem, et modum conatus fuit conciliare, ex cœlestibus influxibus astruere nec iniuria. Sicut enim ipsi dies critici a motu Lunæ gubernantur, ita et eorum anticipatio ab eodem regulata procedit. Omitto res quas diximus extrinsecas, debitam crisim impedientes quæ casualia, siue ab euentu, et preter intentum naturæ, et causæ cœlestis euenire sæpius, consueuerunt.

¶ Inquit enim Conciliator, cœlestes afflatus non consistere in indiuisibili. Sed maior illorum potentia consistit quando ad locum debitum peruenerint per centrum. Verum anteq̃; huiuscemodi centrum peruenerit ad locum, uel aspectum illius corporis. Semidiameter circumferentiæ ibi collocabitur, in quo quidem periferiæ contactu non nullam agendi potestatem suscipiunt. Vnde si tunc influxus ille cum materia congrueret, ante criticum diem crisis illa eueniret, et anticiparet. Si aũt discon uenerint ad sequentem prorogaretur, in qua etiam periferiæ pars locum illum occupabit. exempli causa. Deberet fieri crisis, quando Luna ab ♈ Arietis initio progrediens ad sui ipsius tetragonum, uel ☉ Solis aspectum peruenerit, deberet illum absoluere die.7. quando scilicet centrum corporis ☽ Lunæ in prima ♋ Cancri parte collocabitur. Verum per.6. gradus utpote sui orbis dimidiũ ante, erit talis aspectus. Inquit Conciliator, unde et agendi uirtus exordietur, cuius ratio est, quia anteq̃; centrum corporis ☽ collocetur in primo gradu ♋ Cancri circumferentiæ portio ibidem situabitur. Hoc etiam pacto postq̃; centrum Lunare a prima Cancri parte discesserit, adhuc posterior periferiæ portio illũ locum occupabit per.6. gradus postremos

postremos. Hos autem gradus, tam prisci, quã Neoterici Astrologiæ professores, lumen, siue diametram uirtutem, & orbem appellare consueuerunt. Quos Arabes, & Ptholemæus, hoc pacto tradiderunt. ♄. ♃. 9. ♂. 8. ☉. 15. ☽. 12. ♀ ☿. 7. qui sunt Termini combustionis.

¶ Quando itaq; acciderit ut ipsa ☽ Luna anteq; cum centro sui corporis ad debitum, pro crise fienda locũ applicuerit, & fuerit cum planeta sub signo materię morbum prouocante, poterit materia morbi contra naturam suscitari, q; primum circũferentiæ pars locum illum attigerit, & e contra prolongari, his igitur enucleatis constat dierum criticorum in acutis ægrotationibus normam a Luna ☽ suscipere non sine aliorum quoq; Planetarum, & præcipue Solis ☉ adminiculo. Nec aliter in Chronicis operandum est, quippe quæ postq;. 40. uel. 41. diem excesserint, numero denario oportet suam cõplere periodum uidelicet per. 60. 70. 80. 90. 100. 110. 120. & ulterius, uti ex Auicennæ dictis colligitur. Quas omnes a Sole gubernari, dubitat nemo. Ipsius siquidem ☉ conuersiones annuæ, in principalibus. 4 punctis signiferi, quæ cardinalia uocitant, duobus scilicet æquinotialibus ♈ & ♎ & duobus solstitialibus ♋ ♑ nouam semper agendi, & influendi in hæc inferiora potestatem sibi uendicat, quemadmodum recte nórunt Astrologi.

Orbes Planet.	
♄ ♃	9.
♂	8.
☽	12.
☉	15.
♀ ☿	7.

¶ Eadem quoq; ratione eodemq; pacto, si ægritudo post completam ☉ Solis annuam conuersionem perdurauerit, Saturni ♄ motus obseruandus erit, tum quia tardus cursu chronicis, hoc est, tardis, atq; diuturnis, longisq; ægrotationibus præesse dicitur. Tum quia melancholiæ complexioni prædominatur. Quales utpluri mum humores post longam temporis periodum, atq; interstitium permutari uidemus, subtili resoluto, grosso demum, atq; terrestri remanente. In principio igitur ægritudinum locus ☽ Lunæ obseruandus erit ad calcem usq; mensis unius. Solis autem punctus ad annum usq; obseruandus erit, siquidem ubi Solis operatio desinit, falciferi defluxus incipit in chronicis ægritudinibus, nihilo tamen minus in singulis quibusq; temporibus ☽ semper particeps, atq; uicaria admisceatur, quum sit terris proximior, cum Solis consortio.

¶ Nunc omissis Medentium opinionibus. Ad Astronomorum obseruationes sigillatim accedamus, quippe qui Medici sunt Artifices sensitiui, & sub quadam dũtaxat experientia fundantur. Quemadmodum in primo de diebus decretorijs, capite. 5. Galenus testatur.

TRACTATVS QVINTVS.

CLAVDIVS PTHOLEMAEVS ENVNCIATO sexagesimo, inquit.



VPER ægrotis criticos dies inspice, ac Lunæ ☽ peragrationes in angulis figuræ. 16. laterum, ubi enim eos angulos beneaffectos inueneris bene erit languenti, contra male si afflictos inuerneris.

¶ In præsenti axiomate, Neoterici, & fermé oẽs prisci rerum cœlestiũ perscrutatores, autumant, Ptholemæum edocere, quatenus figura sexdecagoni intra circulũ signiferum describenda sit, uti LVC. GAVR.

colligitur ex propositione.6 libri.4.elementorum Euclidis.

¶ Verum mea quidem sententia, Claudius ipse Ptholemaeus innuere uidetur, singula eiusmodi.16.puncta, siue latera sexdecagoni potissimum criticandi potestatem sibi uendicare. Exemplo.

¶ Esto signifer A B C D cuius centrum sit E & tempore initij aegritudinis ☽ collocetur in quocunque eiusdem signiferi puncto libuerit, utpote A illicet reliqua tria puncta B C D criticos dies insinuabunt. Prima enim crisis die.7. erit in puncto B siquidem ab A distat per chordam tetragonae radiationis. C uero. 14.die diametra scilicet radiatione D autem erit die.20.uel.21.est etenim tertia tetragoni aspectus distantia. Hoc etiam pacto in quacunque zodiaci parte, siue gradu seorsum acceprо ☽ collocetur confestim tetragonica, & diametra puncta comperies, quae ad amussim cricitandi praerogatiuā sibi uendicabūt, uti patebit in sequenti schemate.

Figura Octogona prima.



¶ Dies Indicatiuos, & Criticos perscrutari.

¶ In circulo sequentis paginæ describendo sit exēpli causa Arcus signiferi A C. & C E. item E G. & G A. diuissoque Arcu A C. in puncto B. & C E. in puncto D. item E G. in puncto F. & G C. in puncto H. ductisq; rectis lineis ab puncto A. ad punctum B. & productis lineis ab ipso B. ad ipsum C. ¶ Itē C D. & D E. & E F. & F G. dein G H. & H A. Confestim Octogona consurget figura, eritq; B. indicatiua ipsius C. quæ erit prima Crisis. ¶ D. autem erit indicatiua E. quæ est secunda Crisis. ¶ Itē F erit ipsius G. indicatiua, utpote Crisis tertiæ. ¶ Et H indicatiua quartæ Crisis A. ¶ Quocirca B quarta erit septimæ indicatiua primæ Crisis, utpote. 7. diei. ¶ Sed D. undecimæ diei erit indicatiua secundæ Crisis. ¶ Et F. 17. indicatiua erit tertiæ Crisis. ¶ Et H dies. 24. erit indicatiua. 28. & quartæ Crisis. In punctis denique indicatiuis ☽ deuoluta, mediocrem, & non magnam decernendi potestatem sibi arrogat, ueluti in punctis Criticis. Sed nil mirum quum Octogoni latera, Sexdecagoni lateribus sint subdupla, exemplo sic.

	Indicatiui, & Critici.	G.	M.	Dies.
A	Initium morbi.	22	30	2
B	Indicatiua ipsius C.	45	0	4
C	Crisis prima. □. 1.	90	0	7
D	Indicatiua ipsius E.	135	0	11
E	Crisis secunda ☍ A.	180	0	14
F	Indicatiua. G.	225	0	17
G	Crisis Tertia. ☍ C.	270	0	21
H	Indicatiua A.	315	0	24
A	Crisis quarta ☍ E.	360	0	28

Indicatiui.		Critici.	
4	B	C	7
11	D.	E	14
17	F	G	21
24	H	A	28

¶ Hyppacrates appellat.
Diem quartam indicatiuam. 7. & 11. ipsius. 14.
Indicatiui. 4
Critici. 4

¶ A Medicis humani corporis moderatoribus, In rerum Cœlestium disciplina non usquequaque ignaris octogona dumtaxat figura consideratur.

¶ vtpote dies Critici.7.14.21.28.


¶ Communis autem Astrologorum Achademia, autumat, Ptholemæum in. 60. Axiomate, uoluisse, quatenus signifer, siue zodiacus diuidatur per figuram sexdecagonam, hoc est, 16. laterum, siue angulorum, quæ sint puncta indicatiua, indicatiuorum, indicantia ipsas crises, hoc est, dies decretorios, in quibus quandocunque Luna reperiatur morbum, naturamq; hominis debili quadam commotione citabit.

¶ Sit exempli causa Arcus quidam signiferi A B qui bifariam secetur in puncto R. erit igitur R indicatiua ipsius B non aliter L ipsius D. Item N ipsius F. sic etiam F ipsius O. & P ipsius H erunt indicatiuæ. Duo itaque puncta, quæ inter A B & B C interiiacent, utpote R ipsius B. & K ipsius C. & ita de reliquis, quemadmodum sequentis figuræ typus indicabit.

¶ Huius Schematis consimilem Typum posuit Aristoteles primo Physicorum, de Brissione, & Antifonte. Erit igitur Arcus A C quarta scilicet circuli portio graduum. 90. Quorum medietas A B. 45. huius uero dimidium A R gradus. 22. minuta. 30. In singulis enim huiusmodi punctis Lunam ☽ excitandi humores potestatem habere, Ptholemæum credidisse, asserunt. Huiusmodi quippe loca utplurimum aliqua ex pare sunt contraria puncto, in quo reperiebatur ☽ Luna in principio morbi, ueluti Arietis ♈ uel Cancri ♋ iste enim influit frigiditatem, & humiditatem, ille uero caliditatem, & siccitatem.

Nunc sequitur figura Sexdecagona. siue. 16. Angulorum.

Figura Sexdecagona,siue.16.angulorum.



Lunæ.16.peragrationes,euariationes,multilunationes.

□	□	
1	2	deteriores
3	4	mitiores.

¶ Ex prædictis sequitur primo cur dies quarta sit indicatiua septimæ. Critica autem esse non poterit, ueluti septima quoniam debilior est, nihilosecius illius est indicatiua, a primo quippe gradu inspiciente □ tetragono intuitu, primam recipit influentiam, Galenus affert rationem, cur dies.4.sit indicatiua, siquidem hebdomada, bifariam dissecta, quaternario absoluitur, & ideo non perfectam, sed mediocrem sibi uendicat decernendi prærogatiuam, atq; potestatem.

¶ Secundo sequitur debiliorem distantiam fortiori cōparatam, semper indicatiuę rationem suscipere, ueluti.4. comparata septimæ, est indicatiua, octogonæ autem tertia critica. 2

¶ Infertur deinde diametram dumtaxat criticam esse, nullatenus autem indicatiuam. Omnium quippe radiationum fortissima habetur, hinc est quod ægritudines criticæ in. 14. die utplurimum terminantur. Similiter Sexdecagonam tantūmodo esse indicatiuam, nullatenus uero criticam, est quippe omnino debilissima, quo fit ut paucæ admodum ægrotationes in secundo die terminentur. 3

¶ Quarto infertur modum hūc ab Astrologis obseruatum peracutis, & perperacutis ægritudinibus admodum deseruire, in quibus circa principium, crises in morbis ualde acutis, uel (ut Neoterici inquiunt) perperacutis euenire consueuerunt. 4

¶ Quinto sequitur quod si ab initio aduersæ ualetudinis computauerimus, prout ☽ tarde, cito ue ad prædicta puncta peruenerit: Ita in tempore nō æquali dies critici, aut indicatiui sunt commensurandi, Quemadmodum Medici obseruare consueuerunt, quo fit ut quandocunque in die critica pharmacum exhibeatur, ægrotantem interimere facient, quod ex ignorantia ipsorum prouenit in supputando peragrationem motus ☽ Lunæ, hos Galenus in.3. criticorum, Sophistas appellauit. 5

¶ Sexto, si ultra supradictos dies decretorios, ab ipsa ☽ Luna excitatos, Alij quoque reperiantur, erunt fortasse ij quos intercidentes, Galenus uocitabat. 6

¶ Septimo, elapso primo Lunaris periodi circulo, utpote.28. die critica, materia ineptior ad motum plerumque redditur, & natura iam assueta ab ipsius morbi cruciatibus non adeo male afficitur, neque tantum ab ægritudine conflictabitur. 7

¶ Ad sciendum esse infirmi in qualibet.7. die critica adijcito gradibus ☽ 90. gradus, & uide ab illo gradu Lunæ ☽ quo peruenerit numerus, ibi enim erit locus ☽ die septima. Ad idem uero, 14. adijcito supra locum ☽ Lunæ. 180. gradus, hæc enim erit oppsitio loci eius, in qua reperiebatur eadē die in qua cœpit infirmitas. Zod.

¶ Ad diem quoque.21. reperiendam adijciantur loco Lunæ. 270. gradus, diebus autem. 28. Luna reuertetur ad suum locum pristinum, in quo fuerat in principio ægritudinis. Quotienscunque igitur Luna ☽ in huiuscemodi diebus iuncta fuerit Planetæ benefico, æger inueniet quietem, sed quotiens iuncta fuerit malefico, totiens augebitur eius dolor, & grauitas.

¶ Scito igitur locum Lunæ ab initio infirmitatis in diebus.7. 14.21. 27. uel.28. nam quando Luna ☽ tunc peruenerit ad maleficos Planetas, uel ad sextam domum, uel dominum. 6. infirmitatis, æger grauabitur eadem die. Quando autem ad fortunas, uel fortunæ aspexerint ipsam Lunam, accidet ægrotanti quies & salus.

¶ Si in principio morbi acuti Luna (exempli gratia) fuerit in principio ♈ tunc dies ab eo.7. erit criticus, quoniam die.7. peruenit ad eius □ utpote signū Cancri quod ♈ Arieti contrarium est in duabus qualitatibus. Aries ♈ quippe signum est calidum, At Cancer ♋ frigidum, & humidum, & inter ♈ & ♋ est quarta pars cœli, & si ☽ Luna in loco illius quadrati inuenerit Planetam fortunatum, siue per coniunctionem, siue per aspectum, natura ægrotantis fortificabitur supra morbum, & erit signum futuræ salutis optimum, & Medicus per faciles medicinas poterit reducere infirmum ad pristinam sanitatem in die. 7. si esset in Astronomia Zod.

Dies.	Gr.	M.	☽
1	0	10	♈ initiũ ſigni.
7	90	10	♋ □ 1
14	180	10	♎ ☍
21	270	10	♑ □ 2
28	360	10	♈ ☍ 2

Luna ☽ mouetur in quolibet ſigno.

Gr.	D.	H.	M.
1	2	6	40
2	4	13	20
3	6	20	0
4	9	2	40
5	11	9	20
6	13	16	0
7	15	22	40
8	18	4	20
9	20	11	0
10	22	17	40
11	25	0	0
12	27	6	40

expertus, ſed ſi ibi nõn fuerit beneficus Planeta,& non fiet criſis bona,tunc expectanda eſt dies.14. Luna enim tũc erit in principio ♎ & ibi concurrũt duæ cauſę criſis,utpote oppoſitio Signorũ, & cęli in una dumtaxat qualitate. Aries enim eſt calidus, & ſiccus,libra uero ſignum eſt calidum, & humidum, Quod ſi illic reperiatur Planeta beneficus,ſignum erit futuræ ſalubritatis, pericli aũt ſi maleficus,& ſi tunc nõ fuerit criſis,expectandum erit, quouſq; ☽ ueniat ad ſecundã quadraturam eius ſequentem,utpote ad initium capricorni,& tunc erũt.21.dies,eritq; tertiũ latus tetragoni □ & ſi non fiet criſis,tunc expectandum erit quouſq; ☽ remeauerit ad locum initij, ad alterum ſcilicet Arietis initiũ, & ſic ☽ explebit totam reuolutionem ſuam, & erunt elapſi.27.dies,uel circiter,& ibi fiet latꝰ quadrati alterius,fietq; criſis bona, ſi ſtella quępiam ſalutaris ibi reperiatur,aut benefici aſpectus. Si autem infortunæ,conuertetur ægritudo illa acuta, in chronicam.

¶ Inter hos criticos dies ſunt aliqui intercidentes medij,quos indicatiuos uocant eo q; indicant ſigna ſalutis, aut futuri pericli,in die critica ꝓxime ſequente,ſicut dies.4.eſt indicatiua.7. Qui dies ſunt medij inter duas quadraturas. In prædictis diebus ſi ☽ fuerit alligata domino.6.uel.8.aut in eius malefico intuitu,æger multũ grauabitur,ſi peruenerit ad ☌ □ ☍ ♄ ☿ ♂ criſis erit potius indetrimentum,q; ad ſalutem. Sin fuerit in ſynodo,uel ⚹ △ ♃ ♀ alleuiabitur æger,& gradatim incipiet conualeſcere,& priſtinam deniq; aſſequetur ſalubritatem

Conciliator. ¶ Menſis peragrationis, ſeu proprie impreſſionis conſtituitur,dum ☽ mouetur ab uno pũcto ſigniferi,& ad eundẽ reuertitur,& hic quidẽ menſis ſpacio.27.dierũ,et horis.8.terminatur,certius aũt horis.7.mi.20. & iſte motus dicitur curſus longitudinis,qui cõſurgit ex eo q; centrũ epycicli ☽ mouetur omni die naturali,gr.13.mi.14.ſiue.11.propter motũ capitis draconis oppoſitũ ſup eccentrici deferẽtis ſuperficiẽ. Si ergo cõtingeret ☽ mediocri motu moueri,utpote gradibꝰ.13.cũ ſcrupulis quibuſdam,utpote mi.11.in die naturali,tunc unã quadraturã circa dies.7.pambulabit,& ita criſis cõtinget in.7.die cum horis.2.fere. ¶ Qñ aũt mouetur gradibꝰ 12.in die naturali,tũc ☽ in diebus.8.cũ horis,quibuſdam utpote.12.unã peragrabit quadraturam. Ita q; criſis ſeptimanæ in.9.diẽ laudabiliter protelabitur, & ſdm̃ hæc.3.criſis contingeret magis in.21.q; in.20.die,uidelicet die.20.horis.17.fere ſequẽtis diei.21. ¶ Qñ deniq; ☽ mouebit in die naturali,gr.15.tunc in diebus.6.peragit unam zodiaci quadraturam,& ſdm̃ hoc in diebus.6.mouebitur ad criſim bonam,aut malam,& propter hoc contingit quandoq; criſim.14.diei in.12.laudabiliter breuiari,aut ſeptimæ in ſexta,hæc Aponenſis ferme ad literam.

	☽	☽	☽		
Dies.	Gr.	Gr.	G.	M.	
1	12	15	13	11	
2	24	30	26	22	
3	36	45	39	33	
4	48	60	52	44	
5	60	75	65	55	
6	72	90	79	6	
7	84	105	92	17	
8	96	120	105	29	
9	108	135	118	38	
10	120	150	131	50	
11	132	165	145	1	
12	144	180*	158	12	
13	156	195	171	23	
14	168	210	184	34	
15	180	225	197	49	
16	192	240	210	56	
17	204	255	224	7	
18	216	270	237	18	
19	228	285	250	29	
20	240	300	263	40	
21	252	315	276	51	
22	264	330	290	2	*
23	276	345	303	13	
24	288	360	306	24	
25	300	375	319	35	
26	312	390	332	46	
27	324	405	345	57	
28	336	420	359	8	
29	348	435	372	20	

¶ Cur critici, siue decretorij dies potissimum sint. 7. 14. 21, 28.

Compertũ est apud præclaros rerũ cœlestiũ inspectores, & plerosq; humani corporis moderatores non usquequaq; ignaros nõ ad humores ipsos materiæ peccatis, ueluti qdã arbitrabatur, Sed ad ☽ ipsius motũ, & reliqua cœlestia corpora referri debere causam, cur crisis, ut plurimũ, atq; potissimum accidant hisce diebus. 7. 14. 21. 28. Recte philosophãtes perhibent, quatenus causa, & radix futuræ crisis, Dies septima sit sub Lunæ dominio, applicat enim tunc ad primam eius ipsius tetragonicam radiationem defluens a gradu in quo reperiebatur, dum æger cœpit aduersa ualetudine cruciari.


¶ Dies præterea. 4. uidetur esse instar criticæ diei, quippe q dimidium fere radiationis tetragonæ contineat.

¶ Dies item. 14. dicitur etiam decreto- 14
ria, siue critica, quandoquidem ☽ Luna progreditur ad heptagonam, hoc est diametralem eius ipsius radiationem.

¶ Verum circa. 20. uel potius. 21. diem progreditur ad secundum eius tetragonum aspectum.

¶ Circa deniq; 28. diem Luna ☽ ipsa re 28
uertitur ad pristinam, & præcisam quodammodo diem, in qua reperiebatur in principio ægrotantis.

¶ Luna ☽ igitur secundum eius mediũ atq; regularem motum, in diebus. 27. horis. 8. uel circiter, uniuersum peragrat signiferum. Sed propter motum epycilci in circumferentia cuius affixum est corpus lunare, & propter motum eccentrici deferentis epyciclum diuersificatur proprius, atq; peculiaris eiusdem Lunæ ☽ motus. Adeoquidem q aliquando gradibus, 15. uel circiter in uno die naturali progreditur. Aliquando uero, 13. interdum minus. Quando igitur Luna fuerit cursu uelox, applicat ad sui ipsius quadrangulam radiationem, ab initio ægrotationis post dies. 6. cum dimidio, uepote horis. 12. uel circiter. Quocirca non erit absurdũ q ☽ progrediatur ad ☍ diametralem eius intuitũ, & fiat crisis die. 13. licet hoc raro admodum accidat. Si aũt ☽ fuerit cursu tarda, non perueniet ad eius □ aspectum die. 7. sed. 8. uel. 9. Quo fit ut pleriq; audacter contendant, dicentes diem. 8. aut. 9. esse criticum.



		d.	h.
¶ Quando ☽ est cursu ◊ ¶ peruenit ad eius □	tarda	7	12.
	velox	6	0.
	mediocris	6	19.

Luna mediocris motus. ¶ Sin fuerit cursu mediocris, deuoluetur ad eius □ intuitum anteq̃3.7. effluat dies Die uidelicet. 6. cum horis. 18. uel circiter. Condecens igitur erit tunc, ut diametra eius radiatio, & crisis celebretur die. 14. incõpleta utpote die. 13. cũ horis. 12.

¶ Consimili etiam pacto (uti ex mediocri ipsius Lunæ ☽ motu colligitur, contingit crisim celebrari die. 20. cum horis. 6. quando peruenerit ad secundum ipsius tetragonam radiationem.

¶ Nec dissimilis ratio militat die. 27. iam elapso, ut tandem die. 28. ad pristinum eius locum, signiferiq; partem reuertatur in qua reperiebatur dum æger cœperat aduersa ualetudine torqueri, post horam sensibilis læsionis, siue decubitus.

* ¶ Interdum die. 5. fit crisis, quippe q; tunc ☽ erit in exagona sui luminis intuitione. Præterea plerumq; die. 11. uel. 12. Luna ☽ erit in △ trigono sui ipsius aspe △ ctu, si fuerit tarda cursu, in diebus autem. 9. si fuerit uelox.

Quando crisis celebrari debet.

INICIANTE ægrotationis tempore, si supra finitorem ortiuum scilicet cardinem emergeret ♈ uel ♎ quæ signa dicuntur æquinoctialia, & tunc ☽ reperiatur in quopiam. 4. cœli cardinum supputata, & bene affecta, crisis procul dubio celebrabitur absq; mortis discrimine, quum primum ipsa ad sui ipsius □ uel ☍ radiationem applicuerit.

¶ Si uero ☽ fuerit in ♋ uel ♑ signis Solstitialibus, non fiet crisis certa nisi Luna ☽ paruam habuerit latitudinem.

¶ Circa morbi initium si Luna ☽ reperiatur in coitu, uel radiatione cuiuspiam Planetæ, quandocunque peruenerit ad eius ipsius □ uel ☍ intuitionem crisis fiet certa in salubritate, uel interitu, secundum complexionem, siue naturam illius Planetæ, cui copulabitur, præsertim si tunc etiam idem Planeta eandem Lunam ☽ intueatur, uel ei coniungatur, sicut in principio ægrotationis.

¶ Quando Luna ☽ fuerit cursu uacua, hoc est, sine aliquo Planetarum aspectu, & nulla accidit crisis, neq; bonum, neq; malum protendit.

¶ Si in principio ægritudinis Luna ☽ peragrauerit sub ♉ eius solio, & Veneris domicilio, uel sub ♋ peculiari, siue proprio eius hospitio, & Iouis trono, absq; hostilibus maleficarum stellarum radiis, illicet crisis fiet, quando scilicet Luna ☽ ipsa peruenerit ad alterutrius signi □ uel ☍ radiationem, non tamen perniciosa.

☽ □ ☍ □ ¶ Si in principio morbi ☽ aucta lumine; & a maleficis stellis sauciata fuerit, præsagire uidetur malam crisim fore celebrandam, uel ægrotantem interiturum, quandocunq; ad sui ipsius □ uel ☍ radiationem deuoluta fuerit sub radiis Solaribus, præsertim si tunc sibi rursus a Saturno ♄ uel Marte ♂ commaculata reperiatur.

♉ ♌ ♏ ♒
♋ ♎ ♑ ♈

Critici. ¶ Dies critici a Medicis nuncupantur, in quibus fieri consueuit duellum, siue pugna, inter morbum, & materiam ægrotantis, utpote. 7. 14. 21. 28.

Indicatiui. ¶ Dies autem indicatiui sunt, in quibus iudicium sumitur ad criticos dies de salute, uel graui ægrotatione, seu mortis discrimine, & sunt medietates quadratorũ, utpote. 4. 11. 17. Quando igitur in principio morbi inueneris in prædictis diebus beneficarum stellarum quampiam, ægrotanti alterationem prosperam signifi-

cabit. Si uero reperies ibi aliquam ex stellis maleficis, aduersam crisim pronũciato nisi infortuna illa fuerit ægritudini contraria. Quandocunq; autem Luna ☽ applicuerit infortunis concordantibus cum ægritudine, fortificabitur ægrotatio illa, eritq; de morte uerendum, præsertim si tunc Luna ☽ fuerit in malificarum finibus, uel sub radijs Solaribus.

Tempus crisis perniciosæ perscrutari.

IN principio morbi, si Luna ☽ fuerit maleficarum stellarum, coitu, uel radijs oppressa malignis, æger in perniciosiorem crisim, aut interitum incidet. Quandocunq; rursus ad Solis ☉ uel maleficæ cuiuspiam stellæ coitum, aut hostiles radios applicuerit, quippe qui euadere non poterit, si tunc beneficarum rores non intercesserint, aut ægrotanti Seruatoris nostri clementia aspirauerit. Quandocũq; ☽ & ortiui cardinis hospitatores ad gradus. 6. 7. 8. 12. domus applicuerit, a maleficis stellis obsessi, uel Solaribus radijs alligati, de aduersa crisi, siue ægrotantis internitione uerendum erit, anteq; combustionis terminos egrediantur.

¶ Si deniq; ☽ Luna, uel horoscopi dominus reperiretur inter horoscopum, & culminantis cœli apicem, crisis celebrabitur in primis septem diebus, ab initio ægrotationis, Si intra. 10. & 7. domum, in alijs. 7. diebus immediate sequentibus, utpote inter. 8. & 14. diem, inter septimam, & quartam, in alijs. 7. penultimis, intra 4. & horoscopum, in reliquis ultimis, ab. 22. usq; ad. 28. inclusiue.


Ab	Ad	Diebus.	Crisis accidet
1	10	7	
10	7	14	
7	4	21	
4	1	28	
Domibus	Domos.	Dies	



Hæc figura est fere eadem cum sequente.

¶ Iuxta communem denique Astrologorum sententiam, atque obseruationes ingenio sas potiusque ueritati consonas. Depingatur Typus Sexdecagonus, hoc est, figura 16. laterum, siue angulorum, hoc pacto, Diuidatur circulus in. 4. partes æquales, dein rursus quælibet illarum quartarum, secetur bifariam, demum unaquæque earundem particularum in duo media, & ita confestim consurget Typus. 16. laterum, siue angulorum, ut in hoc schemate

Figura Sexdecagona.



¶ Dein hora initij ęgritudinis ſupputentur gradus, & minuta in horoſcopo, hoc eſt orientis cardine, quibus adijciantur gradus. 22. minuta. 30. quodlibet ſub ſuo genere, utpote minuta ſub minutis, & gradus ſub gradibus, & hoc ſexdecies, donec tota abſoluatur figura Sexdecagona. Dicti quippe gradus. 22. minuta. 30. habentur pro uno quoq; latere, ſiue arcu ſexdecagoni, huiuſcemodi ſiquidem numerus ſexdecies ductus. 360. partes explebit, perinde ac ſi per. 4. duxeris. 90. ſigniferi gradus. Partes autem, ſiue gradus. 45. deputantur lateri octogono, ſicuti. 90. pro tetragono ſiniſtro. Dein. 180. pro diametra radiatione. Poſtmodum. 270. pro ſecunda radiatione dextra etiam tetragonali.

Hæc deniq; 16.latera,siue anguli,præsertim Octogoni,tetragoni,atq; diametrales cum Luna,si fuerint bene affecti ægrotanti conualescentiam,et corporis salubritatem pronunciato. Sin eosdem angulos,et Lunam afflictos conspexeris, non spernendam ægrotationem,et deniq; mortem diiudicare poteris, Lunæ siquidem peragratio in 16.lateribus,in morbis diarijs,causa est dierum criticorum,indicatiuorũ, et prouocatoriorum:in illis quippe pollentissimas uires exercere consueuit,hæc secundum uiam cõmunem sint satis,apud Medicos humani corporis moderatores, Astrorum non ignaros,compertum est,quatenus ab hora decubitus,seu potius sensibilis læsionis , quousque Luna progrediatur motu proprio ad tetragonam eius ipsius radiationem sinistram, semper quodammodo.90. signiferi partes absoluit, diem circiter septimam, in qua crisis prima celebrari consueuit. Die autem. 14. fit crisis secunda,quando uidelicet Luna peruenerit ad heptagonam, siue diametram radiationem,hoc est. 180.zodiaci gradus perambulauerit. Tertia postmodum crisis fieri consueuit , quando ad secundam (ut inquiunt)quadraturam eius ipsius dextram effluxerit,in die uidelicet.21.et interim. 270. signiferi partes peragrarit. Quarta deniq; crisis celebrari solet die.27.uel.28.circiter,dum Luna ab hora initij ægritudinis. 360. zadiaci partes perfecerit , et ad pristinum fere eius locum permeauerit.Isti dumtaxat quatuor dies critici,siue decretorij;a Medicis obseruantur, utpote.7.14.21.28. ab Astronomis uero communiter. 16.latera perpenduntur. Verum primus dies in quo quispiam incœperit febribus cruciari, non connumeratur a Medicis, inter criticos, quum nullam prorsus faciat crisim, nisi fortasse febris ephimera ægrotantem inuaserit eademq; die terminaretur , quod rarenter admodum accidit.

Gr.	D.
90	7
180	14
270	21
360	27

¶Pleriq; uero alij circa enunciati huius.60.explanationem subtilius,et quidem lõge melius philosophantes hora initij ægritudinis supputare consueuerunt,locum Lunæ in gradibus,et minutis,iisq; postmodũ in orientis cardine, tanq; ægrotantis horoscopo collocatis,adijciunt gradus.22.minutas.30.et ita successiue,donec.16 angulos,tanq; cęlestes domos perfecerint.In eisdem deniq; domicilijs, uti ratio exigit Astronomica situentur loca Planetarum, cum fixis quibusdam stellis maleficis, atq; beneficis si oportuerit, et quacunq; die Lunam,et aliquem ex illis. 16. angulis male affectos,inspexeris,ægrotanti insalubritatem,et uitæ discrimina, malamq; crisim pronunciabis,sin bene affectos,bonam crisim futuram, et conualescentiam uaticinari poteris.

Synschemata

SYNSCHEMATA COELESTIVM

signorum, siue configurationes; & aspectus, secundum Neotericos.



Sexdecagona figura, secundum Neotericos.



Synschemata, siue configurationes, & aspectus signorum, in sexdecagonis lateribus, secundum Neotericos.

☍ domiciliorum.

1	9
2	10
3	11
4	12
5	13
6	14
7	15
8	16


Planetæ collocentur sub signis.

		Dies.	H.	M.	2.	lre.	
¶ Indicatiuus.	1	1	15	58	16	A	
¶ Periodus.	1	3	9	57	12	B	
Indicatiuus.	2	5	2	56	48	C	
¶ Crisis prima.	1	6	19	55	44	D	*
Indicatiuus.	3	8	12	54	40	E	
¶ Periodus.	2	10	5	53	36	F	
Indicatiuus.	4	11	22	52	32	G	
¶ Crisis secũda	2	13	15	51	28	H	*
Indicatiuus.	5	15	8	50	24	I	
¶ Periodus.	3	17	1	49	20	K	
Indicatiuus.	6	18	18	48	16	L	
¶ Crisis tercia.	3	20	11	47	12	M	*
Indicatiuus.	7	22	4	46	8	N	
¶ Periodus.	4	23	21	45	4	O	
Indicatiuus.	8	25	14	44	0	P	
¶ Crisis quarta	4	27	7	42	56	Q	*

¶ Indicatiui.	8
¶ Periodi.	4
¶ Critici	4
Anguli.	16



¶ Hæc, & præcedens figura, est ferme eadem, quas pro lucidiori doctrina excudendas fore, minime dubitauimus, harum dies, horæ, minuta, & secunda, etiam impressi sunt in calce quinti tractatus.



Typus iste, 16. laterum est cæteris præstantior.

15 13 12

11

16

1

9

3

8

4 5 7

Typus iste est cæteris clarior.

¶ In hoc Schemate nostro, confestim obiicient se oculis. 16. anguli in signis gradibus, & minutis, atq; ipsorum oppositionibus, quæ omnia in aliis præcedentibus figuris, non ita ad unguem dignoscuntur, & Planetæ sub signis proprijs collocari possunt.

Anguli pleni.

Ab	Ad	Die	Gr.	Ab		Ad	
☌	□	7	90	15	♈	15	♋
□	☍	14	180	15	♋	15	♎
☍	□	21	270	15	♎	15	♑
□	☌	28	360	15	♑	15	♈

Lunæ ☽.16.peragrationes, siue inambulationes.

Anguli 16.	Gr.	M.		Gr.	M.			Dies
0	0	0	♈	0	0	Initium morbi.		
1	22	30	♈	22	30	A		
2	15	0	♉	45	0	B	Semiplenus, Iudiciarius.	
3	7	30	♊	67	30	C		
4	0	0	♋	90	0	D	Plenus □.1.finis. Crisis.1.	* 7.
5	22	30	♋	112	30	E		
6	15	0	♌	135	0	F	Semiplenus, Iudiciarius.	
7	7	30	♍	157	30	G		
8	0	0	♎	180	0	H	Plenus ☍ Crisis secunda.	* 14.
9	22	30	♎	202	30	I		
10	15	0	♏	225	0	K	Semiplenus, Iudiciarius.	
11	7	30	♐	247	30	L		
12	0	0	♑	270	0	M	Plenus □.3.Crisis tertia.	* 21.
13	22	30	♑	292	30	N		
14	15	0	♒	315	0	O	Semiplenus, Iudiciarius.	
15	7	30	♓	337	30	P		
16	0	0	♈	360	0	Q	Plenus, Crisis quarta.	* 28.

¶ Vacui. 8. A C E G I L N P.
¶ Pleni. 4. D H M Q. Critici.
¶ Semipleni.4. B F K O Iudiciarij
Semidiametri, Prouocatorij.

Dies.	Gra.	M.	
2	22	30	Intercidens.
4	45	0	Indicatiuus.
	67	30	Intercidens
7	90	0	Crisis prima.
	102	30	Intercidens.
11	135	0	Indicatiuus.
	157	30	Intercidens.
14	180	0	Crisis secunda.
	202	30	Intercidens.
17	125	0	Indicatiuus.
	247	30	Intercidens.
21	270	0	Crisis tertia.
	292	30	Intercidens.
24	315	0	Indicatiuus.
	337	30	Intercidens.
28	360	0	Crisis quarta.

¶ Pleni anguli dicunẽ, qppe qui ☽ in eis pgrediens, plenas, atq; perfectas uires exerceat, crisesq; efficiat.

¶ Semipleni, indicatiui, in quibus impfectas, medi- átq; inter plenos, & in iis ☽ excitat potestates semi plenas, & dimidiatas, & nõ pfecte plenas, sed dimi- diate pugnæ, dicunẽ quoq; intercidentes Iudiciarij

¶ Intercidentes, seu pliambulatorij dicuntur Aneo tericis, qui ab antiquioribus Crisimi, auctore Celso.

¶ Vacui dicũẽ in qbus minimas ☽ irritat potestates

¶ Vires, & potestates dierum criticorum causantur e ☽ ipsius peragrationibus per angulos plenos, prouocatoriorum, siue iudiciariorum per angulos semiplenos, dimidiatos.

¶ Prouocatorij dies sunt tempus quo humor no- xius uirtutem prouocat ad pugnam, & prouocato rij sunt tanq; affines decretorijs, uti testatur Galen⁹


Initium morbi
Typus
Sexdecagonus
Crisis 4.a
Crisis 3.a
Crisis 2.a
Crisis p.a
Intercidens
Indicativa
30. 20. 10.

	Dies.	H.	M.	Z.
¶ Si quiſpiam ſecuerit in. 16. partes				
Menſem peragrationis ☽ qui eſt.	27	7	43	5
Statim prodibit una decima ſexta.v3.	1	16	58	56

		Dies.	H.	M.	Z.		
¶ Primus dies indicatiuus		1	16	58	56	A	
Periodus prima	1	3	9	57	12	B	
Indicatiuus	2	5	2	56	48	C	
¶ Criſis prima	1	6	19	55	44	D	*
Indicatiuus	3	8	12	54	40	E	
Periodus ſecunda	2	10	5	53	36	F	
Indicatiuus	4	11	22	52	32	G	
¶ Criſis ſecunda	2	13	15	51	28	H	*
Indicatiuus	5	15	8	50	24	I	
Periodus	3	17	1	49	20	K	
Indicatiuus	6	18	18	48	16	L	
¶ Criſis tertia	3	20	11	47	12	M	*
Indicatiuus	7	22	4	46	8	N	
Periodus	4	23	21	45	3	O	
Indicatiuus	8	25	14	44	0	P	
¶ Criſis quarta	4	27	7	42	56	Q	*

¶ *Si in iſtis diebus* ☽ *comperies bene affectam, ægrotanti ſalubritatem dijudicato, ſin male, criſim aduerſam.*

TRACTATVS SEXTVS.

EX PAVLO AGINETA, LIBRO SECVNDO, CAPITE SEPTIMO.

EX diebus Decretorijs quidam ſunt
- Sane crebro cum fide, & ſalubritate,
- Exacte, & inſignite admodum ſoluunt 7. 14. poſſunt utique decernere
- Conditionibus iis propemodum aduerſis.
- Medium inter utrumque dierum genus, ordinem ſeruant. 13.

¶ Sunt uero ex hijs quæ recenſuimus, qui ſimul, atque exiguum modo naturæ impetum adepti ſunt, decernunt: uerbi gratia. 7. 14.

PLerique tamen in uehementioribus naturæ motibus, ſoluere, nati aliter decernere nequeunt. Cæterum neque qui probi ſunt, omnes iuxta probi ſunt, neque omnes qui praui, omnes pari ratione praui. Verum neque certa cum ſerie bonitatem, prauitatemque obtinent. Qui primæ ſortis ſunt, hoc eſt, qui ex bonorū ſunt catalogo, iſto pacto ſe habent. Primū, ac potiſſimū bonitatis locum poſſident. 7. 14. Secundū 9. 11. 20. Sequitur hos. 4. hunc uero. 3. & 18. Præſtantiſſimi omniū ſunt. 7. 14. Mox. 9. 11. 20. dein. 5. 17.

¶ His quodamodo contrarij, ſecundæque ſortis ſunt nocentiſſimus omnium qui

cum discrimine,& obscure morbos decernunt,tanq̃ ex diametro.6. oppositus. 7. eiusdem notæ,factionisq; sunt octauus, decimusq;, post quos deinde sunt.12.16. 19.unde uigesimus.

¶ Tertius decimus.13.mediam inter hos rationem obtinere, neq; perinde abiiciendus, ut hi qui secundi sunt ordinis, neq; utiq; sic morbos soluere potest, sicut ij qui primæ sortis esse censentur, & hunc quidem iudicatoriorum ordinem Galenus usurpauit.

¶ Secundam post hæc numerorũ seriem boni iudicantur.3.4.5.7.11.14.18.20.

¶ Mali uero.6.8.10.12.16.19.unde uigesimus.

¶ Mediam sibi inter hos bonos,prauosq; sortem uendicant,decimus tertius.13.

¶ Iudicatoriorum porro,alij aliorum iudices sunt,quos contemplatorios,siue speculatorios,nominauit Hyppocrates,eo q; quæ sequenti decretorio die futura sunt iudicia præsagiri,ac præuideri in ijs possumus, quemadmodum.4.futurum.7.in septenario decretum de morbo prædicit, utpote sudores quospiam, aut madores, uel particulares huiusmodi inanitiones nonnullas excitans,uel significationes insolentes,& antea inusurpatas,uel concoctiones deniq; indicia portendens.

¶ Verum Galenus sexti.6.etiam quanq̃ mali quartum indicem esse asseruit,undecimus,quartumdecimum præferre,&.17.uigesimum, & ad.14. usq; efficacissima, uehementissimaq; redduntur super morbis decretoria.

¶ Proxima hijs sunt quæ usq; ad.20.sequũtur iudicia:quæ post.20.usque ad.40. pedetentim uehementiam remittunt, ita q; ad.40. usq; diem ualentissima de morbis fiunt iudicia. Primum tamen honoris locum obtinent. 27.34.40. Post hos dies succedunt,24.31.37.Qui inter hos ab.20.ad.40. usq; iudicatiuorum numerus habetur totus crisis,siue iudicij expers est,quemadmodum a.40. ad unũ omnes plane sunt languidi coniectura magis, & abscessibus q̃ iudicationibus morbos soluentes.Quare alijs omnibus,qui post diem.40.succedunt: Hyppocrates medium quoq; unguem ostendere uidetur. At.60.80.100.q; respicit.Post hos alia quidem mensibus.7.alia.7.annis iudicari asserit.Alia ut uerisimile est,in binis annorum septenarijs,& ternis.hæc ex Paulo Agineta.

¶ Non paucæ ægritudines faciunt paroxismos,secundum dies pares.20.enim est par dies.21.autem impar. Hyppocrates.4. Aphorismo.

¶ Hyppocrates dicebat.7.diem esse pollentiorem.14. habita ratione ad uirtutem, & ita dies.7.pollentior ei uidebatur,q̃.14. Materia enim quæ in.7. die mouetur, est maior,calidior,acutior,& mobilior. Dies item.7.proximior est exordio ægritudinis,q̃.14.In die etenim.7.contrarietas reperitur omnimoda,quum ☽ perueniat ad primam eius quadraturam ubi in duabus qualitatibus reperitur, ueluti ♈ opponitur ♋ cancro.Aries enim est calidus,& siccus,Cancer autem frigidus,& humidus.In.14.autem die ☽ in ♈ existens opponitur ♎ quæ calida est,& humida. Conueniunt igitur ♈ Aries,& ♎ Libra in una duntaxat qualitate actiua,utpote in caliditate,fortior itaq; est.7. in criticando,q̃.14. Quocirca in die.7.septima fortior accidere consueuit ægrotanti paroxismus,q̃ in quartadecima.14. LVC. GAVR.


¶ Cornelius autem Celsus aiebat,diem.14.esse pollentiorem.7. habita ratione ad Lunæ ☽ cursum.

¶ Auicenna dicebat, dies.7.fortis est ualde quum sit impar,& indicat ipsum quartus.4. Et crisis utplurimum in acutis ægritudinibus fit in diebus imparibus, in chronicis autem in paribus.

¶ Isaac quarto febrium inquit, impares dies fortiores sunt paribus, impar autem est.21.ueluti dies.7. Sed.14.est par, fortior itaq; dierum criticorum est dies.7. & ipsius indicatiua est.4.dies.

Ap. in aphorismis differentia.104. ¶ Quod autem dies.20.sit magis critica quã.21.ostenditur per Hyppocratem,& Galenum, disputantes contra Diodem, & Archigenem, nihilo tamen minus Astrologi,& Medentium pleriq; contendunt.21.diem fore pollentiorem, & magis criticam, q̃.20.& ex consequenti.18.indicatiuam, non autem.17.

Hippocrates.24 Aphorismo. ¶ Septenorum.4. est indicatiuus septimi, alterius autem septimanæ octauus principium est. Est aũt,& undecimus considerandus, ipse enim.4.est secundæ septimanæ. Rursus uero &.14.&.17.considerandus, ipse quidem est quartus a.14. Septimus uero ab.11.undecimo.



¶ Quartus medium in qualibet septimana locum obtinet.

Decretorij, critici,	7	14	20	21	28		
Indicatiui.	4	11	17	18	24.		
Non critici	2	6	8	10	12	16	18
Prouocatorij / Intercidentes	3	5	9	13	15	19	

LVC. GAVR. ¶ Anni præterea.7.9.omnibus propemodum mortalibus, infausti, insalubres, & plerumq; perniciosi habentur, hos Latini hebdomaticos, climactericos, scalares, gradarios, decretorios,& enneaticos, uocitant, tales præcipui sunt.49.63, 81.horum pernitiosior esse consueuit.63. est siquidem compositus ex septenario, atq; nouenario, ductus enim septenarius numerus in nouenarium, confestim. 63. consurget, qui a Græcis androdas nuncupatur, eo q; latenti quadam ratione, omnem uiri substantiam frangat, atq; debilitet, præsertim si annua conuersio ægroti, in illa.63.anni ætate constituti fuerit commaculata.

Plus Lunæ motus operatur, q̃; dispositio materiæ, uel indispositio eiusdem.

Variantur enim materiæ qualitas, siue motus secundum coniunctiones, & aspectus Planetarum cum Luna ☽ nam si tempore crisis futuræ contingat Lunam applicari Planetæ tardo, frigido, & sicco, præcipue male affecto, qualis est Saturnus necessum erit crisim retardari, & districtam fieri, sin coniŭgeretur Planetæ calido, & sicco, ueluti cũ Marte, aut Sole ☉ materia ægritudinis uelocitabitur, & mobilior efficietur, & ita citius pertinget ad crisim, nisi ipsius materiæ, & ægritudinis qualitas qualitati Planetæ sibi oppositæ, contemperetur. Criticorum. 3. Cap. 25. 6.

¶ Hora sensibilis læsionis, si Luna copulabitur Planetæ sub signo mobili supputato, indicabit naturam morbi citius ad crisim pertingere.

¶ Si in signo fixo, tardius. ¶ In communi uero, mediocriter.

¶ Si coniungeretur Planetæ orientali, etiam citius materiam disponet, ut suscipiat maturationem.

¶ Sin Occidentali, secus continget.

¶ Si Planetæ Septentrionalem habenti latetudinem, uelocius celebrabitur crisis, q̃ si Austrinam.

¶ Si Planetę directo, materiã celerius excitabit ad crisim. ¶ Sin retrogado, tardius.

¶ Si stationario, indifferenter, secundum q̃ statio illa, ad directionem, uel retrogradationem peragrauerit: ad directionem quippe ocius, ad repedationem tardius.

		ægrotans
¶ Luna opposita Planetæ	Orientali	celeriter conualescet.
	Occiduo	prorogabitur ægritudo.
Luna separata a Planeta	Orientali	recentem morbum
	Occiduo	chronicam ægritudinem.

¶ Dominus ascendentis aplicans Planetæ	Directo, orientali, uelocis cursu	cito conualescet.
	Retrogrado, occiduo, tardi motus	tarde sanabitur.

¶ Horoscopus, & eius hospitator, siue ægritudinis significator indicant.

¶ Planeta significator	Orientalis	Recentem ægritudinem.
	Occiduus	chronicam, antiquam
	Peregrinus	longam, uel prisim.
	Stationarius	emicraneam, seu uomitum.
	Casu, uel detrimẽto	mortis discrimen.
	Combustus	recidiuam, dein mortem

¶ ☽ in signo	mobili	♈ ♋ ♎ ♑	breuẽ, æger nõ pseuerabit in eodẽ statu.
	fixo	♉ ♌ ♏ ♒	longam, tarde conualescet.
	bicorporeo	♊ ♍ ♐ ♓	recidiuam, alternatim grauabitur.
	ruminante	♈ ♉ ♑	nauseam, dein uomitum excitabit.

¶ Præsertim si in dictis signis ☽ fuerit commaculata.

¶ Luna ☽ & horoscopi dominus	supra terram	parte anteriore corporis.
	sub terra	in posterioribus dolor ingruet.

¶ Si domus. 6. eiusq; ecodespotes, fuerint male affecti supra terram, ægritudo ui gebit in parte corporis dextra, sub terra autem in sinistra.
¶ Item si in principio morbi, Planeta infectans Lunam ☽ & horoscopum, uel utrique, aut alterutrius, hospitatores fuerint supra terram afflicti, dolor ingruet in parte dextra, & manifesta: Si in sub terra, dolor erit in parte sinistra, & occulta.
¶ Horoscopus Luna ☽ dominus. 6. & pars Azemenæ, supra terram excitabũt dolores in parte dextra, & manifesta: sub terra autem, in sinistra, & occulta.

			gradus
¶ ☽ in signorum decano	1	superiori parte	10
	2	medio corporis	20
	3	extremis partibus	30

¶ Si pharmaca exhibenda sint.

		Corroborantur virtus	
¶ Luna existente in	♈ ♌ ♐	Attractiua	Phlegmaticis.
	♉ ♍ ♑	Retentiua	Sanguineis.
	♊ ♎ ♒	Digestiua	Melancholicis.
	♋ ♏ ♓	Expulsiua	Cholericis.

¶ Luna ☽ in ♋ ✱ △	♃	Melancholia.	purgantur.
	☿	Cholera.	
	♂ ☉	Phlegma	

¶ Per hos Planetas in corporibus humanis excitatur uirtus

♄	Retentiua ex frigiditate
♃	Vegetatiua, & digestiua.
♂	Attractiua, irascibilis.
☉	Vitalis, & naturalis potentia.
♀	Appetitiua, concupiscibilis.
☿	Cogitatiua, imaginatiua.
☽	Expulsiua.

¶ In quartis cuiusq; mensis Lunaris.

☽		Excitantur
□	1	Sanguis.
☍		Cholera.
□	2	Melancholia.
☌	2	Pytuita.

Triangularitates

Triplicitates		excitant bilem	
♈ ♌ ♐	ignea, calida, sicca.	Rubram	Choleram,
♉ ♍ ♑	terrea, frigida, sicca	Atram	Melancholiam.
♊ ♎ ♒	Aeria, calida, humida	Sanguinem	Sanguinem,
♋ ♏ ♓	Aquæa, frigida, humida,	Pytuitam,	Phlegma.

¶ Significatores excitant	bilem	
♄	Atram	Melancholiam.
♂ ☉	Rubram	Choleram
♀ ☽	Pytuitam	Phlegma
☿	Spiritalem	Cerebri cum ☽

		purgatur	
♃	Calidus,humidus	Melancholia	frigida,ficca
♀ ☽	Frigidæ,humidæ	Cholera	calida,ficca.
♂ ☉	calidi,ficci	Phlegma	frigida,humida
☿	Est eius naturæ cum quo graditur.		

¶ Auicenna.4.primi,capite secundo,inquit.
¶ Aegritudines suo medicantur contrario,
¶ Contraria quippe contrarijs curantur.

Græce.	Latine.
Periodus.	Circuitus
Paroxismus.	Accesio

Continuantur bilis	H.	H.	H.
Atra	24	72	48
Rubra	12	48	36
Pytuita	18	24	6
	Paroxismus Accessio	Periodus Circuitus	Quies

Almansor.16.Aphor. ¶ Prima diei artificialis hora usq; ad perfectionem.3.horarum,est sanguinis.

H. Sunt.	
3.Sanguinis	Tres uero secundæ,choleræ rubræ.
6.cholerę rubrę	Tres alię sequentes choleræ nigræ.
9.cholerę nigræ	Tres ultimæ phlegmatis.
12.Phlegmatis.	Horæ æquales diei artificialis.

Ab.	Ad.	Ab.	Ad.	Ab. Ad.	Ab.	Ad.		
H.	H.	H.	H.	☉ ☉	domo cœli		excitatur	de q̃litate.
1	3	1	6	Ortu.Meridiem.	1	10	Sanguis.	Veris.
3	6	6	12	Mer. Occasum.	10	7	Cholera.	Aestatis.
6	9	12	18	Occa.media noc.	7	4	Melancolia	Autumni.
9	12	18	24	Me.no.Ortũ ☉	4	1	Phlegma.	Hyemis.
Artificia.		Naturalis						

¶ Maius fieri consueuit ægrotanti, quod noctu acquiritur, ratione qualitatis humorum suffocantium, & extinguentium, calorem naturalem, q̃ sit iuuamentum, quod suscipit ex contrarietate qualitatis ad malum. Noctu enim natura ægrotantis laborat magis in digerendo materiam morbi peccantem, q̃ in die occultans se in centro sui cum calore naturali. Idcirco plures moriuntur de nocte, q̃ de die. Post mediam noctem, siue primum Galli cantum, tempore nocturno, omnes prope

modum ægrotantes, utplurimum, incipiunt aliquantisper resipiscere, uel saltem mitius torqueri, & a morbo cruciari, Gallo siquidem canente, spes redit, ægris salus refunditur.

Quin etiam suadent cadentia sydera somnos,
Et post dimidium nocturni temporis curriculum
Sol qui terrarum radiis opera omnia lustrat.

Motu primi mobilis gradatim ascendens ad orientalem cœli plagam deducitur. Nihilo tamen secius, ægrotantes utplurimum torquentur a morbo interdiu elapsis horis, 2. post meridiem, ad. 4. usque noctis horam pullaram; illo enim temporis interuallo ☉ gradatim rapitur per hasce cœli stationes. 8. 7. 6. cæteris pernitiosiores, Id temporis sex fere horarum intercapedinem complectitur.

Hippocrates Aphoris. 22. ¶ Quibus crisis fit, iis nox grauis ante accessionem, idest, ante paroxismum. Quæ uero subsequitur magna ex parte leuior fit.

TRACTATVS SEPTIMVS.

ISAGOGICVS ASTROLOGIAE TRACTATVS MEDICIS ADMODVM OPORTVNVS.

¶ Signorum. 12 caracteres nomenclatura, ordo, sexus, & oppositio.

Ordo	Septentrionalia Borealia. Arctica		Ordo	Meridiana. Australia. Antarctica.	
1	♈	Aries.	7	♎	Libra
2	♉	Taurus.	8	♏	Scorpio.
3	♊	Gemini.	9	♐	Sagittarius.
4	♋	Cancer.	10	♑	Capricornus.
5	♌	Leo.	11	♒	Aquarius.
6	♍	Virgo.	12	♓	Pisces

¶ Est Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Virgilius.

Primus adest Aries, Taurusque in signibus auro,
Cornibus, & fratres, & Cancer, aquatile signum,
Tum Leo terribilis ueniens, atque innuba Virgo,
Libra subit, caudaque animal quod dirigit ictum,
Armatusque arcu Chiron, & corniger hircus,
Fusor aquæ, simul & fulgenti Piscis in auro.

Aurato princeps Aries in uellere surgens, — Manilius lib. 1. capite. 4.
Respicit admirans auersum surgere Taurum,
Submisso uultu Geminos, & fronte uocantem.
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.
Aequato tum libra die cum tempore noctis,
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion Astro
In cuius caudam contentum dirigit arcum,
Mixtus equo uolucrem missurus iamq; sagittam,
Tum uenit angusto Capricornus sydere flexus.
Post hunc inflexam defundit Aquarius urnam,
Piscibus assuetas auidę sub euntibus undas,
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

Ex Lucano, nomina signorum.

♈	Aries.	♎	Libra
♉	Taurus	♏	Scorpius
♊	Gemini	♐	Chiron
♋	Carcinus	♑	Egoceros
♌	Leo.	♒	Amphora.
♍	Astrea.	♓	Pisces.

¶ Oppositio, & sexus signorum.

Est	Li.	Ari.	Masculina.
	Scor.	Tau.	Fœminina.
	Sag.	Gemi.	Masculina.
	Capri	Can.	Fœminina.
	Aqu.	Le.	Masculina.
	Pii	Vir.	Fœminina.

Masculina.	Fœminina.
♈ ♎	♉ ♏
♊ ♐	♋ ♑
♌ ♒	♍ ♓
☍ opposita	☍ opposita

Non obliqua meant, nec Tauro rectior exit — Ex Lucano.
Scorpius, aut Aries donat sua tempora Libræ,
Par Geminis Chyron, & idem quod Carcinus ardens
Humidus Egoceros: nec plus Leo tollitur urna,
Aut Astrea iubet lentos descendere Pisces.

¶ Idiotropię, id est, peculiaritates, siue naturalitates signorum.

¶ Triangularitates, siue triplicitates.

♈ ♌ ♐	Ignea, calida, sicca.
♉ ♍ ♑	Terrea, frigida, sicca.
♊ ♎ ♒	Aeria, calida, humida.
♋ ♏ ♓	Aquea, frigida, humida.

¶ Sol ☉ in sequentibus signis.

P.	M.	F.		prouocatur
♈	♉	♊	Veris, calida, humida.	Sanguis.
♋	♌	♍	Aestatis, calida, sicca.	Cholera.
♎	♏	♐	Autmni, frigida, sicca.	Melancholia.
♑	♒	♓	Hyemis, frigida, humida.	Phlegma.

Virgilius.

¶ Verque nouum stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Aestas, & spicea serta gerebat,
Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos

			ascensionum
¶ Signa ascendentia	Recte	♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐	Longarum.
	Oblique	♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊	Breuium.

Anonij.

¶ Recta meant. obliqua cadunt a sydere Cancri,
Donec finitur Chyron, sed cætera signa
Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

¶ Planetarum ordo, numerus caracteres, & nomenclatura.

nus.	ordo			Ordo Planetarum. naturalis.		quo ad nos.	
1	♄	Saturnns	Phœnon.	1	♄	1	☽
2	♃	Iuppiter	Phœton.	2	♃	2	☿
3	♂	Mars	Pyrois	3	♂	3	♀
4	☉	Sol	Phœbus	4	☉	4	☉
5	♀	Venus	Phosphoros.	5	♀	5	♂
6	☿	Mercurius	Stilbon, Hermes	6	☿	6	♃
7	☽	Luna	Cyuthia.	7	☽	7	♄

Manilius.

¶ Saturni, Iouis, & Martis, Solisque sub illis,
Mercurius Venerem inter agit, Lunamque locatus.

Lucas Gauricus

¶ Sarurnus, mox stella Iouis, Mars, Sol, Venus, Hermes,
Vltima fraterno lumine Luna micat.

Eiusdem.

¶ Stella Senis, Iouis, & Martis, Solisque sub illis,
Alma Venus, Stilbon, Cynthia subsequitur.

¶ Saturni prior est, Iouis altera, Tertia Martis,
Quarta micat Solis, Quinta figura Venus.
Mercurius post hos. & Luna sequuntur, & infra
Bis duo diuersis sunt elementa locis.

Altum

Ouidius. ¶ De 4. Elementis.

Altum flamma petit, propior locus Aera cœpit.
Sederunt medio Terra, Fretumq; loco.

¶ Planetarum peculiaritates, seu naturæ.

♄	Frigidus, & siccus,	Maleficus.
♃	Calidus, & humidus.	Beneficus.
♂	Calidus, & siccus.	Maleficus.
☉	Calidus, & siccus.	Beneficus.
♀	Frigida, & humida.	Benefica.
☿	Eius cum quo graditur naturæ.	
☽	Frigida, & humida.	Benefica.

Ex Ptholemæo.		Pro maiori parte.	¶ Pro minori parte.
	♄	Infrigidat.	Desiccat.
	♃	Temperat.	Calefacit.
	♂	Exurit.	Comburit.
	☉	Calefacit.	Exurit.
	♀	Temperat.	Humectat.
	☿	Desiccat.	Temperat.
	☽	Humectat.	Humectat.

♄	Frigidus.	infrigidat.	Siccus.	desiccat.
♃	Calidus.	temperat.	humidus.	calefacit.
♂	Calidus.	exurit.	siccus.	exurit.
☉	Calidus.	calefacit.	siccus.	exurit.
♀	Frigida.	temperat.	humida.	humectat.
☽	Frigida.	humectat.	humida.	humectat.

¶ Ptholemæus. 85. Enunciat.	☉	Est fons uitalis potentiæ.
	☽	Naturalis, & quæ corporis sunt.
	♃	Virtutis qua crescentia crescunt.
	♀	Virtutis qua concupiscimus.

☽ Est vegitabilis potentiæ, ab ipsa etenim ☽ corpora uegetantur.
☉ Est spiritus, & fons uitalitatis origo, scilicet, uitalis potentiæ, ab utroq; igitur luminarium influxu, uitæ alimentatio fluit, & ueluti fons uberrimus a duobus fontibus uita emanat, atq; deriuatur,

¶ Babilonii, Ptholemæi dictis adiiciunt hæc.

♄ Est fons potentiæ quæ retentiua dicitur, humoriq; præest terreo obtuso.
♃ Eius potentiæ est, ad quam incrementa referuntur, & præest sanguini.
♂ Irascibili potentiæ, & rubræ præest bili, hoc est, choleræ.
♀ Concupiscibilis, & appetiscendi uim excitat.
☿ Differtiuæ quæ logistica, atq; rationalis animæ potentia ad eum refertur.

Domus cælorum.	Cor.	Domus cœlorū.	Partes Mūdi.
1	Orientis.	1. 2. 3.	Septētrio.
10	Meridiei.	4. 5. 6.	Occidens.
7	Occidētis.	7. 8. 9.	Meridies.
4	Septētrio.	10. 11. 12.	Oriens.

Planetæ cœli.	
♄	Lien.
♃	Stomachus.
♂	Testes.
☉	Cor.
♀	Iecur.
☿	Fel,lingua
☽	Cerebrum.

Pars cœlorum.		Domus
Supra terram,	dextra.	7. 8. 9. 10. 11. 12.
Sub terra,	finiſtra.	1. 2. 3. 4. 5. 6.

Planetarum. Domus, Domicilium. Hoſpitiū,habitaculum Aedes,Pœnates,Lares.		
♈	♏	♂
♎	♉	♀
♊	♍	☿
♐	♓	♃
♒	♑	♄
♌	.	☉
.	♋	☽
Dignitates.	5.	

Planetarū exaltatio. Altitudo. Solium tronus. Regnum.	
♈	☉
♉	☽
♋	♃
♍	☿
♎	♄
♑	♂
♓	♀
Dignitates. 4.	

Triangularitates. Triplicitates. Signorum.			Domini,hoſpitatores.		
♈	♌	♐	☉	♃	♄
♉	♍	♑	♀	☽	♂
♊	♎	♒	♄	☿	♃
♋	♏	♓	♀	♂	☽
		Die.	1	2	3
		Nocte.	2	1	3
		Dignitates.	3.		

Termini, ſiue fines. 5. erraticarum ſtellarum, in. 12. ſignis, ſecundum Ptholemæum.

♈	♃	6	♀	14	☿	21	♂	26	♄	30
♉	♀	8	☿	15	♃	22	♄	26	♂	30
♊	☿	7	♃	14	♀	21	♄	25	♂	30
♋	♂	6	♃	15	☿	20	♀	27	♄	30
♌	♄	6	☿	13	♀	19	♃	25	♂	30
♍	☿	7	♀	13	♃	18	♄	24	♂	30
♎	♄	6	♀	11	♃	19	☿	24	♂	30
♏	♂	6	♃	14	♀	21	☿	23	♄	30
♐	♃	8	♀	14	☿	19	♄	25	♂	30
♑	♀	6	☿	12	♃	19	♂	25	♄	30
♒	♄	6	☿	13	♀	20	♃	25	♂	30
♓	♀	8	♃	14	☿	21	♂	26	♄	30

Dignitates. 2.

Fines Decani, Decamoria.		10.	20.	30
♈	♏	♂	☉	♀
♉	♐	☿	☽	♄
♊	♑	♃	♂	☉
♋	♒	♀	☿	☽
♌	♓	♄	♃	♂
♍	.	☉	♀	☿
♎	.	☽	♄	♃

Dignitatem. 1.

Planetæ.	Domus.		Altitudo.	Detrimentū.		Casus.	Meror.	Gaudia.	gaudia domorū.	
♄	♒	♑	♎	♌	♋	♈	♌	♒	♄	12
♃	♐	♓	♋	♊	♍	♑	♊	♐	♃	11
♂	♈	♏	♑	♎	♉	♋	♉	♏	♂	6
♀	♎	♉	♓	♈	♏	♍	♏	♉	☉	9
☿	♊	♍	♍	♐	♓	♓	♓	♍	♀	5
☉	♌		♈	♒		♎			☿	1
☽		♋	♉		♑	♏			☽	3

¶ Planetarum idiotropiæ, seu peculiaritates, proprietates.

♄ { Fortuna, beneficus in ♎ ♑ ♒ bene locatus, & fortunatus.
Infortuna maior in suo detrimento, uel casu, male affectus

♃ { Fortuna maior beneficus, salutaris, presertim in ♋ ♐ ♓
Male affectus a ♂ ♄ ☉ in ♊ ♍ ♑

♂ { Fortuna minor in ♈ ♏ ♑ non sauciatus a ♄ uel ☉
Infortuna minor a ♄ uel ☉ uulneratus in reliquis signis.

☉ ◇ { Fortuna maxima in ♈ ♌ & ab ♃ seu ♀ irrigatus.
Infortuna in ♎ ♏ ♒ a maleficis sauciatus.
☉ inficit alios Planetas per ☌ □ ☍

♀ { Fortuna minor, benefica salutaris presertim in ♉ ♎ ♓
Male affecta, & aliquantulum infortuna in ♈ ♍ ♏ & in □ ☍ ♄ ♂

☿ { Beneficus cum beneficis presertim in ♊ ♍
Maleficus in ☌ □ ☍ ♄ ♂ præcipue in ♏ ♐

☽ { Benefica in ♉ ♋ & in ⚹ △ ♃ ☉ ♀
Male affecta in ♏ ♑ presertim in ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉

¶ Planetæ bene affecti dicuntur quando peragrauerint sub propriis domiciliis, uel altitudine, solio, triangularitate, finibus, decano, sintq; orientales, directi, ueloces cursu, uel in Iouiis, Venereis, Solaribusq; radiis, fœliciter illustrati, aut beneficarum synodo, siue coitu irrorati, & in cœlestibus domiciliis fœlicibus collocati.

¶ Male affecti, & infortunati Planetæ, dicuntur, quandocunq; reperiantur in eorum detrimento, hoc est, oppositione suorū domiciliorum, aut suo casu, uidelicet, in diametro suarum altitudinum, uel q; sint stationarii, siue retrocedentes, cursu tardi, Occidentales, adusti a radiis Solaribus, siue peregrini, ita q; in locis in quibus reperiantur, nullam prorsus habeant prærogatiuam, siue dignitatem essentialem, uel si ad synodū, uel tetragonicas, diametrales ue ♄ ♂ ☉ hostiles radios defluxerint, presertim in. 6. 7. 8. 12. cœlorum hospitiis.

De ☽ infortuniis, siue impedimentis.

1 In ☌ □ ☍ ♄ ☉ ♂ ☽
2 Sub radiis ☉ adusta, & lumine diminuta.
3 Cursu uacua, hoc est, absq; aliqua Planetarum radiatione.
4 Tarda motu quando in die naturali minus. 12. gradibus permeat.
5 Alligata cum ☋ minus. 12. gradibus præsertim eclypsata.
6 In finibus ♄ ♂ male affecta.
7 In suo casu utpote ♏ uel ♑ detrimento.
8 In uia combusta, seu lactea ab. 27. ♎ ad. 6. ♏
9 In cœli domiciliis. 6. 7. 8. 12. 1.
10 Peregrina, quando fuerit in loco ubi nullam habuerit dignitatem.
11 Stellis maleficis, præcipue nebulosis partiliter alligata.

Termini combustionis. Orientales.	Gr.	Occidui.	Gr.
♃ ♄	10	♄ ♃ ♂ ☽	15
♂	9	♀ ☿	7
☽	12		

Orbes, Radii, lux, splendor.	Gr.
♄ ♃	9
☽	12
☉	15
♂	8
♀ ☿	7

Dimidium orbis.	Gr.	M.
♄ ♃	4	30
♂	4	0
♀ ☿	3	30
☉	7	30
☽	6	0

¶ De mutuis Planetarum radiationibus.

¶ ☌ Coniunctio, coitus, congressus, synodus.
¶ ☌ ☉ ☽ Nouilunium, Interlunium, Neomenia, intermestrua, Silens ☽
¶ ☍ ☉ ☽ Oppositio, Plenilunium, Totilunium, Radiatio, Diametra, heptagona Panselinos, lumine plena.
¶ ☌ Partilis, partiliter, in eadem scilicet parte, seu uno, & eodem gradu.
¶ ☌ Coniunctio platica, Spheralis, siue per orbem, nihilominus per dimidium orbis pollentior est.

Partes cœli.	Gr.		
6	60	⚹	Sextilis, exagonus, modicæ bonitatis.
4	90	□	Quadratus, Tetragonus, noxius.
3	120	△	Trinus, Trigonus, fœlicior ⚹ exagono.
2	180	☍	Oppositio, diameter, heptagonus, pernitiosus.

Configurationes, Radiationes { Beneficæ ⚹ △ / Maleficæ □ ☍

Aspectus { Sinister secundum / Dexter contra } successionem signorum.

In signis ascensionum { Breuium □ ⚹ 62. / longarum □ △ 116.

Almansor. 8. Apporismo. ¶ Nō prodest aspectus ⚹ neq; △ infortunarū, sicut non obest □ uel ☍ fortunarū

	cum	
☽ ☌ ✶ △	♃ ♀ ☿	Salutaris, fœlix.
☽ ☉ ☌	☊	Mali infœlices.
♄ ♂ ☌ □ ☍	☉ ☽ ☿	pessimi, exitiosi
♃ ♀ ☌ ✶ △	☉ ☽ ☿	benefici, saluberrimi.
♃ ☌ ✶ △	☽ ♀ ☿	fœlices, oportuni.
♃ ♀ □ ☍	☉ ☿ ☽	nonnihil difficultatis.
♄ ✶ △	♂ ♀ ☿ ☽	Mediocres.
♂ ✶ △	☉ ♀ ☿ ☽	Mediocres.

Augescit.

Ab. Gr.	Ad. Gr.	
☽. 1. ☌	60	✶ Cornicularis, conoidalis, intermestrua, silens.
	90	□ Diuidua, Semiplena, Dichotomos.
	120	△ Pretumida, Gibbosa, Amphicirtos.
	180	☍ Diametralis, hepthagona, lumine plena.

Minuitur.


Ab.	Ad.	
180	240	△ 2. Pretumida, Gibbosa, Amphicirtos.
240	270	□ 2. Diuidua, Dichotomos, Semiplena.
270	300	✶ 2. Cornicularis, Silens, intermenstrua.
300	360	☌ 2. Cornicularis, conoidalis, silens.

¶ Amphicirtos, utrisque Gibbis prominentibus, in ☉ Solis △ Triquetro circulo se mi ambitur ☽

LVnam plerique lucenam dictitatam arbitrabantur, quippe quæ luce luceat aliena, quum proprio careat lumine, & Phœbeo, fraternoque illustretur splendore, nobis autem magis placet a nocturna illuminatione, Lucenam, a maioribus nostris uocitatam, postmodum per dieresim subtracta media syllaba ce, pro Lucena, Luna, demum in ore hominum increbuit, & quum suapte natura opaca sit a ☉ illumi natur, dicitur Solis uicaria, siquidem pro accessu, aut recessu suo a ☉ nunc cornicularis apparet (ut nunc supra diximus) nunc uero dimidia, modo autem tumentior, modo perquam lumine plena, hæque uarietates bisferme illi accidunt singulis mensibus

¶ Prima Deum terris glaciali sydere circum — Pontanus
Luna meat, cœlumque suo terit ultima curru,
Dux clara in tenebris alienæ obnoxia flammæ,
Emula fraternis radiis, & Solis ab ore.
Ora fouens, quantumque ab Apollinis igne recedit,
Hoc magis ipsa suum fundit mortalibns ignem,
Cornibus auratis primum, mox fronte refulget,
Iam media medium cœli dimensa uolumen,

Atq; hinc obliquos uultus turgentiaq; ora
Nocte refert, tandemq; uago digressa meatu
Exurgit Solem contra, plenoq; coruscam
Orbe comam, & fuluo totum caput explicat auro,
Septima quin etiam ut cœlo concessit ab alto
Mole grauis, septem ore uices, septem ore figuras
Mutat agens circum, & paruum couertitur annum.



Ab Ad.	natura.	qualitas.	excitat.	purgato.	causa est
☽ ☌ □ sinistrum,	Veris,	humectat,	sanguinē.	Pueros.	humiditatis.
□ ☍ plenilunīu,	Aestatis,	calefacit,	choleram,	adolescētes.	caloris.
☍ □.2.dextrum,	Autūni,	exiccat,	melācoliā,	viros, iuuenes.	siccitatis
□ ☌.2.nouiluniū	Hyemis	infrigidat,	phlegma,	senes.	frigiditatis.

Luna uetus ueteres, iuuenes noua Luna requirit.

Ptholeme?.56. Enunciato. ¶ Quum ☽ est in primo quadtangulo, hoc est, ex quo à Solis coitu recesserit, corporum humiditates ad.2. secundam usq; effluunt, in reliquis uero decrescunt.

¶ Ab ipsius enim ☽ prima corniculatione, utpote coitu ipsius cum ☉ hoc est, dū silens latet, ac lumine cassa est proprio ad secūdam diuidualitatem Aeriam excitat qualitatem, humores quippe auget.

Ptholemeus in primo Apothe. ¶ Lunam ab exortu ipso quum crescere inceperit quousq; semiplena sit humiditatis amplius effectricem esse, inde ad plenitudinem usq; caloris, post plenitudinem uero donec iterum semiplena fiat siccitatis, atq; inde ad coitum usq; frigiditatis.
¶ A diuidualitate ad totilunium, hoc est, a □ primo ad oppositionem calefacit.
¶ A plenilunio ad diuidualitatem secundam dextram deficcat.
¶ A quadrangulo secundo ad secundum congressum cum Sole ☉ infrigidat.



Medius motus Lune in quolibet signo.

S.	D.	H	M.
1	2	6	40
2	4	13	20
3	6	20	0
4	9	2	40
5	11	9	20
6	13	16	0
7	15	22	40
8	18	5	20
9	20	12	0
10	22	18	40
11	25	1	20
12	27	8	0

Motus medius Lune in minutis horarum.

M.	M.	2.	3.	4.
5	2	44	42	20
10	5	29	24	40
15	8	14	7	0
20	10	58	49	20
25	13	43	31	40
30	16	28	14	0
35	19	12	56	20
40	21	57	40	40
45	24	42	21	0
50	27	27	5	20
55	30	11	47	40
60	32	56	28	0

¶ Motus peragrationis Lunæ in.24.horis.

Ho.	G.	M.	2.	3.
1	0	32	56	28
2	1	5	52	56
3	1	38	49	24
4	2	11	45	52
5	2	44	42	20
6	3	17	38	45
7	3	50	35	13
8	4	23	31	40
9	4	50	28	9
10	5	29	24	37
11	6	2	21	5
12	6	35	17	30
13	7	8	13	58
14	7	41	10	26
15	8	14	6	54
16	8	47	3	22
17	9	19	59	50
13	9	52	56	18
19	10	25	52	46
20	10	57	49	14
21	11	31	45	42
22	12	4	42	10
23	12	37	37	38
24	13	10	35	0

Motus peragrationis Lune.

Di.	S.	G.	M.	2.
1	0	13	10	35
2	0	26	22	10
3	1	9	31	45
4	1	22	42	20
5	2	5	52	55
6	2	19	3	30
7	3	2	14	5
8	3	15	24	41
9	3	28	35	5
10	4	11	45	50
11	4	24	56	25
12	5	8	7	0
13	5	21	17	35
14	6	4	28	10
15	6	17	38	45
16	7	0	49	20
17	7	13	59	55
18	7	27	10	30
19	8	10	21	5
20	8	23	31	40
21	9	6	42	15
22	9	19	52	50
23	10	3	3	25
24	10	16	14	0
25	10	29	24	31
26	11	12	35	10
27	11	25	45	45
28	12	0	0	0

Quanto temporis interuallo ☽ suo lumine crescat, atque decrescat, noctuque luceat.

Plinius libro 2 cap. 8.

LVnam semper auersis a Sole cornibus si crescat, ortus spectare, si minuatur, occasus, haud dubium est lucere Dodrantes, & semiuntias horarum ab secunda die adijcientem usque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutione, inter autem 14. partes Solis semper ocultam esse.

Lucas Gauricus

¶ Primi. 15. dies synodi, siue congressus luminum in prima numerorũ serie, siue columnula sequentis tabulæ insinuabunt dextrorsum in area eiusdem e regione quot horas minuta, & secunda ☽ crescat in suo lumine in singulis quibusque primis. 15. diebus, usque ad plenum orbem, siue totilunium semper adijciens dodrantes, & semiuncias horarum, utpote horæ unius. M. 47. 2. 40. Alij uero. 14. dies dextrorsum ascendentes in prima serie numerorum palam facient, quot etiam horas, & fractiones Luna in sui diminutione gradatim decrescat lumine, noctuque illucescat, antequam sequenti die exoriatur Sol qui terrarum radijs opera omnia lustrat.

	M.	H.	M.	2.
Horarum minuta.	1	0	5	0
	2	0	10	0
	3	0	15	0
	4	0	20	0
	5	0	25	0
	6	0	30	0
	7	0	35	0
	8	0	40	0
	9	0	45	0
	10	0	10	50
	11	0	11	55
	12	1	12	0

	M.	M.	2.
	1	2	40
	2	5	20
	3	8	0
	4	10	40
	5	13	20
	6	16	0
	7	18	40
dodrãs	8	22	20
	9	24	0
	Semiunciæ horarum		

Horarum.		
M.	2.	
45	0	Dodrans.
2	40	Semiuncia.
47	40	Dodrans, & semiuncia.

Dies.	H.	M.	2.	Dies.
1	0	47	40	29
2	1	35	20	28
3	2	23	0	27
4	3	10	40	26
5	3	58	20	25
6	4	46	0	24
7	5	33	40	23
8	6	21	20	22
9	7	9	0	21
10	7	56	40	20
11	8	44	20	19
12	9	32	0	18
13	10	19	40	17
14	11	7	20	16
15	11	55	0	15
crescens	☽ lumine.			decrescẽs

¶ Quas humani corporis partes signa. 12. tueantur.
Singula membra hominum billena hæc signa tuentur.


♈ Caput, faciem, oculos, nasum, aures, mentum.
♉ Collum, ceruicem, guttur, iugulum usq; ad humeros.
♊ Humeros, scapulas, lacertos, seu brachia, manus.
♋ Pectus, mamillas, costas, stomachum, pulmonem, splenem.
♌ Cor, ventrem, scapulas, spinam dorsi, epar.
Diafragma, transuersum septum.
♍ Fundum stomachi, uiscera, umbilicum, ilia.
♎ Renes, uertebras, lumbos, clunes, nates, femur.
inferiora uentris, subcartilaginosisq; hyppocundrijs præest.
♏ Inguina penem, testiculos, uesicam, podicem,
pudibundasq; partes, & matricem mulierum.
♐ Coxas, tibias, subinguina, pectinem, femur.
♑ Genua, geniculos, poplitem, rotulas genu.
♒ Crura inferiora, tibias, suras, usq; ad talos.
♓ Pedes, talos, seu calcanea, pedumq; uestigia.

Manilij.

Iamq; Aries capiti, Taurus ceruicibus heret,
Brachia sub geminis censentur, pectora Cancro.
Te scapulæ Nemee uocant, teq; ilia Virgo.
Libra colit clunes, & Scorpius inguine gaudet.
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amauit.
Cruraq; defendit iuuenis, uestigia Pisces:
Sic erit humana signis descripta figura.

Manilius lib. 2. cap. 11.

¶ Accipe diuisas hominis per sydera partes,
Singulaq; in proprijs parentia signa figuris,
In quas præcipuas toto de corpore uires,
Exercent, Aries caput est ante omnia princeps
Sortitus, censusq; sui pulcherrima colla
Taurus, & in Geminis æquali brachia sorte,
Scribuntur connexa humeris, pectusq; locatum
Sub Cancro est, laterum regnum scapulæq; Leonis,
Virginis in propriam descendunt ilia sortem,
Libra regit clunes, & Scorpius inguine gaudet,
Centauro femora accedunt, Capricornus utrisq;
Imperat in genibus, crurum fundentis Aquari
Arbitrium est, piscesq; pedum sibi iura reposcunt.



Hermes.86. Aphorismo,inquit.

¶ Erit impedimentum circa illam corporis partem,quam significat,signum quod fuerit natiuitatis tempore impeditum.

¶ Signa spiritualia quæ interiora hominis membra tuentur.
- ♋ Epar,pulmonem.
- ♌ Stomachum,eiusq; interiora,
- ♍ Ventrem,intestina,diafragma.
- ♎ Lumbos,clunes,interiora alui.

1	2	3	1 2 3
♈	♉	♊	Caput, guttur, humeros, brachia.
♋	♌	♍	Pectus, dorsum, uentrem, umbillicum.
♎	♏	♐	Clunes, pudibunda, coxas, tibias.
♑	♒	♓	Genua, crura, pedes, talos.

¶ Erit impedimentum circa illam corporis partem, quam significat signum quod fuerit natiuitatis tempore impeditum. Hermes. 8. Aphorismo.

¶ Membrum ferro ne percutito, quum Luna ☽ signum illud tenuerit, quod mem bro illi dominatur. Ptholemeus 20 Enunciato.

¶ Periculosum quippe est tangere membrum, ferro, igne, uel cucurbiculis, quando ☽ sub talibus progredietur Asterismis præcipue commaculata: auget siquidem hu mores in corporibus humanis, quę signis. 12. supra notatis subijciuntur. Lucas Gauricus

¶ In quo signo ☽ & horoscopi dominus reperiantur a maleficis stellis sauciati, uel combusti, & male affecti in illo corporis membro, cui signum illud prædominabi tur, uigebit dolor intensus, tribuendo caput ♈ ceruicem ♉. &c.

¶ Et ideo ♂ peregrinus partiliter in horoscopo supputatus, uel in suo detrimen to, uel casu male affectus, in facie, uel capite, insignem cicatricem infligere consueuit. Verum si ♂ fuerit in suo domicilio, uel altitudine, non fœdabit faciem. In alienis autem signis ♂ peregrinus caput uulnere fœdabit, uel faciem cicatricosam rediget uti docuit Ptholemæus. 74. Enunciato, inquiens. Quicunque Martem ascendentem habuerit, omnino cicatricem in facie habebit. ♂

¶ Et quemadmodum Planetæ noxij, illas humani corporis partes dedecorant qui bus præsunt. Ita etiam stellæ salutares ♃ ♀ ☉ decorant perconcinnant, atque corro borant.

¶ De membris humani corporis, quæ. 12. cœli domicilijs daputantur.

Signa.	Domus	
♈	1	Caput faciem, aures, oculi, palpebræ, polipus.
♉	2	Collum, ceruix, guttur, angina.
♊	3	Humeri, brachia, manus, chiragra.
♋	4	Pectus, papillæ, splen, pulmo, pleuresis.
♌	5	Stomachus, cor, epar, latera, dorsum.
♍	6	Inferiora uentris cum intestinis ad podicem usque.
♎	7	Crura, ilia, femur, lumbi, renes.
♏	8	Viscera, pecten, vessica, ileon, tenasmon.
♐	9	Iecur, chima epatis, clunes, nates, testes, podex.
♑	10	Genua, poplites, coxarum pars inferior.
♒	11	Crura inferiora, seu tibiæ ad talos usque.
♓	12	Pedes, talos, podagra, seu pedum tumores.

¶ Quas humani corporis partes ſigna tueantur.

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Caput. faciem. oculos.	Collum. ceruicem. guttur.	Humeros brachia. manus.	Pectus. ſtomachũ pulmonẽ.	Dorſum. ſcapulas. latera, cor.	Ventrem. viſcera. ilia.
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Lumbos. vmbillicũ. clunes. veſſicam. renes. uertebras.	Inguina. teſticulos. penem. anum.	Coxas. femur.	Genua. poplites.	Crura. tibias.	Pedes. talos.

Aegritudines quas. 12. ſigna excitare conſueuerunt in corporibus humanis.

♈ ¶ Capitis dolores, emicranea, obtalmia, oculorum lippitudines, tenebras, ſuffuſiones aciem hebetantes, dolores dentium, narium polipus, Aurium tinnitus, uel ſurditas, oris fœtor, maculæ faciei, ſcabies puſtulæ, ſerpigo, faciei impetigines, morphea epilepſia.

♉ ¶ Aegritudines colli, ſeu gutturis, utpote angina, ſquinatia, ſtrumasq; excitat (quas vulgo ſcrofulas uocitant) & omnia denique apoſtemata in gutture naſcentia.

♊ ¶ Chyragra, morbi in humeris, brachijs, & manibus pululantes gibboſitas, ægritudinesq; ſanguineæ.

♋ ¶ Impedimenta oculorum, cordis anguſtia, pruritus ſcabies, puſtulæ, lepra, ſerpigo, depilatio, ſeu raritas pilorum in mento, & ut quidam uolunt, Ethica, tuſſis, pthiſis, podagra, inflationes pedum, peripneumonia, hoc eſt, pulmonis inflationes.

♌ ¶ Cordis, & ſtomachi cruciatus, pleureſes, coſtarum dolores, indiafragmate, dolores, ictericiam, apoſtemata, peſtiferæ febres.

♍ ¶ Morbi in gracilibus inteſtinis, & ex atra bile prodeuntes, lienteria, tumor uentris, cholica paſſio, diſſinteria.

♎ ¶ Tenebroſitas quoque oculorum, ſeu uiſus caligatio, urinæ retentio, ſeu mingendi difficultas, ſanguinis, & excrementorium fluxus ex inferioribus partibus pudibundis.

♏ ¶ Oculorum quoq; impedimenta. puſtulæ, faciei maculæ, ſcabies, cancer, morbus Gallicus, lepra, depilatio, impetigo, ſerpigo, tinea, meiendi difficultas, tenaſmon, calculus, emorroides, ernia carnoſa, aut inteſtinalis, fiſtulæ, & omnes morbi genitalium, ſeu penis, & teſticulorum, ſciatica, chyragra, in ♏ etiam ♄ capitis cruciatum prouocare conſueuit.

♐ ¶ Oculorum lippitudo, cæcitas, membrorum abſciſio, caſus ab alto, pericula ab equis calcitroſis, ſeu mulabus, tauris, bucefalis, ſiue alijs quadrupedibus magnis, & indomitis, morbi in tibijs, ſeu coxendicis.

Caligo

¶ Caligo etiam oculorum, morbi qui fiunt in coxis, seu poplitibus, claudicatio, scabies, pruritus, lepra, pustulæ, impetigo, serpigo, mutitas, item surditas, uentris profluuium, solutio intestinorũ per inferiora, febres melancholicæ, seu phlegmaticæ. ♑
¶ Morbi in tibijs pullulantes, uenarum incisiones, ictericia nigra, febres quoque melancholicæ. ♒
¶ Podagra, & aliæ pedum ægritudines, claudicatio, phlegma, scabies, pustulæ, impetigines, serpigo, lepra, paralixis. ♓
¶ Huiuscemodi ægritudines erunt de natura horum signorum, quando significatores eorum, Luna, uel horoscopi dominus, aut pars Azemenæ, eiusq; hospitator, reperiantur a maleficis stellis commaculati, uel adusti, aut peregrini, præsertim in 6.7.8. domicilijs absque beneficarum stellarum patrocinijs.

¶ Quas humani corporis partes Planetæ sibi uendicent, atque tueantur.

¶ Aurem dextram, eiusq; interiora, stomachum, uessicam, lienem, ossa, secundum Ptholemæum, Alcabitio autem referente brachia, uentrem intestina. ♄
¶ Tactum, pulmonem, epar, costas, cartilaginem, pulsus, cæphaleam, arterias, neruos, sperma, sanguinem. ♃
¶ Aurem sinistram cum ♃ narem dextram, renes, fel, uenas, costas, dorsum, epar, cum Ioue, penem, testiculos, semen genitale, uias spermaticas. ♂
¶ Cor, stomachum, neruos, medullas, nares, cerebrum, septum transuersum, hippocundriam dextram, oculum uiri dextrum, mulieris sinistrum. ☉
¶ Iecur, renes, lumbos, nates, anchas, uentrem, uessicam, pectinem, femur, umbillicum, pinguedinem, odoratum, carnem, spinam dorsi, lumbos, neruos, uenas, nucham papillas, genitalia, & partes obscœnas, sperma cum participatione ♃ matricem, & vulnas mulierum cum ☽ ♀ ♀
¶ Os, linguam, loquelam, memoriam, cogitatiuam rationem, fantasiam, turbationem mentis, uel cerebri deliberationem auditum, odoratum, nares, arterias, cerebrũ, neruos, fel, pulmonem, digitos manuum: secundum Arabes, umbillicum, crura, uenas, femur, pectinem. ☿
¶ Pectus, stomachum, uentrem, cerebrum cum Mercurio ☿ pulmonem, gustum, deglutitum, pudibunda, matricem, & menstrua mulierum, oculum sinistrum, & omnem ferme sinistram corporis partem. ☽
¶ Saturnus ♄ in themate natalicio male affectus, dextram nati aurem hebetare, uel in ipsa tinnitum excitare, in uessica dolores, & spleneticos facere consueuit, eodem pacto de cæteris Planetis dijudicato.

¶ In quibus humani corporis partibus, Planetæ ægrotationes excitent.

¶ Excitat dolores in aure dextra, siue tinnitum, aut surditatem, pytuitam, siue humores melãcolicos, atq; phlegmaticos, uiscosos, ægrotationes chronicas, horrores, frigidosque tremores, febres quartanas, tussim molestam, Rheuma, distillationem e naribus, catarrum, nimiam sputi abundantiam, passiones cholicas, iliacas, atq; spleneticas, stomachi cruciatus acerbos, difficultatem anhelitus (quam uulgo Asmam ♄

appellant) tormina uentris profluuium, utpote diffinteriam, & alui solutionem, Tenasmon, atram bilem, ictericiam, cancros, lepram, morbum Gallicum, scabiem, podagram, hidropisim, Morpheam, ethicam, spasmum, pthisim, paralixim, apoplexim, Gonorream, Erniam, fistulas in podice. Et si Saturnus ♄ fuerit in Cancro, dolores mentulæ, siue genitalium, atque testiculorum, inferre consueuit.

♃ ¶ Gonorream, hoc est, humani seminis fluxum, febres ex sanguinis adustione, & abundantiore cum uentositate prouenientes, Anginam, siue squinantiam spasmū, cephaliam, Apoplexiam sanguineam, pleuresim, costarum dolores, cardiacam passionem, morbum ueternum, carnis conuulsionem, lerargum attonitionem, Peripneumoniam, seu peripleumoniam, hoc est, prauum pulmonis affectum, spirandi, seu anhelitus difficultatem.

♂ ¶ Flauam, siue rubram bilem, morbos cholericos, febres tertianas, quæ sæpius in acutas, & quidem pestilentes, conuertuntur alioqui hemitriteas, hoc est, semitertianas, pustulas rubras cū fetore, & asperitate, pus, ulcerationes, apostemata (scilicet) rubicunda, scabiem, infirmitates ex felle ulcerato, seu calore, & nimia siccitate, prodeuntes, ignem sacrum, carnium putridarum, corrosiones, conuulsionesq; amarulentiam emicraneam, hoc est dimidij capitis dolorem, pauores horribiles, inquietudinem, morpheam, erisipilam, mentagram, podagras calidas, apoplexim, singulas ægritudines ex nimia inflammatione caloris prodeuntes.

☉ ¶ Commestionem carnis in ore cum fœtore, uel oris tortuositatem, choleram rubram, ægritudines calidas, & siccas, stomachi, & iecinoris acerbos cruciatus, fluxū rheumatis, seu aquæ in oculis, catharacteres in oculis, præcipue dextro, Vitiligenem, hoc est maculas diuersi coloris per omnia corporis membra insperſas.

♀ ¶ Præest pytuitę, auget humorum superfluitates, morbos frigidos, & humidos, in partibus præcipue obscœnis, ex frigore causatos, stomachi, & iecinoris apostemata, lumborum debilitates, excrementa molles, scilicet, sanguinis egestiones, nephretidem, hoc est, renum dolores, morbum quippe renalem, impedimenta in membris genitalibus, Erniam, fistulas in pene, uel podice, Emorroides, siue mariscas, quas Martialis appellabat ficos, quibus laborabat Cæcilianus, inquiens.

Quum dixi ficos, rides, quasi barbara uerba,
Et dici ficus Cæciliane iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos Cæciliane tuos.

☿ ¶ Sputi abundantiam, uomitum tusses molestas, excreationem nimiam, ægritudines acutas, morbos ex felle causatos, ictericiam, febres quotidianas, melancholiam, pytuitam, mentis, seu cerebri alienationes, perturbationes animi, inquietudinem, cogitationes horrificas, mœrores, fantasmata, insaniam, rabiem, phrenesim, pthisim epilepsiam, morbum comitialem, seu caducum, & omnes denique ægritudines spiritales, seu cerebri.

¶ Si quispiam in sui natalis schemate habuerit aliquos ex. 7. Planetis usquequaq; commaculatos degustabit, non singulos collectiue, sed disiunctiue, aliquam ex dictis ægritudinibus, utpote hic unam dumtaxat inseperabilis morbi speciem, ille uero alius aliam, quin etiam plures Planetæ possunt eandem Azemenam miseris mortalibus infligere.

¶ In oculo sinistro, aliquid sinistri, obtalmiam, enodationes membrorum, & omnes ☽
ægritudines ex oppilationibus, seu nimia humiditate, & frigiditate profluentes, uultus, & oris tortuositatem, carnis conuulsionem, catharrum, guttam calidam, epilepsiam, paralisim, pleuresim, apoplexim, præcipue si Luna ☽ fuerit commaculata.

¶ Membrorum dolores, quos Planetæ excitant in corporibus humanis sub. 12. Signis peregrantes.

signa	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	Pectus.	ventrem.	caput.	Testes.	pedes.	tibias.	poplites.
♉	ventrem.	dorsum.	costas.	poplitē.	caput.	pedes.	crura.
♊	ventrem.	pudenda	pectus.	crura.	collum.	caput.	pedes.
♋	virilia.	femur.	pectus.	pedes.	brachia.	oculos.	caput.
♌	pudenda	femur.	ventrem.	caput.	Cor.	humeros	collum.
♍	pedes.	genua.	ventrem.	collum.	uentrem.	Cor.	humeros
♎	genua.	oculos.	pudenda	hnmeros	caput.	ventrem.	Cor.
♏	mammas	pedes.	caput.	Cor.	crura.	dorsum.	ventrem.
♐	pedes.	crura.	brachia.	ventrem.	femur.	pudenda	dorsum.
♑	caput.	poplites.	crura.	dorsum.	pectinem	obscena.	femur.
♒	caput.	humeros	mammas	femur.	collum.	obscena.	femur.
♓	humeros	brachia.	papillas.	femur.	genua.	crura.	pectus.

¶ De uarijs ægritudinum speciebus.

Brachichronij, siue olygochronij, hoc est, exigui temporis morbi, utpote acuti sunt, quibus laborantes, cito perimuntur, & utplurimum, simpliciter terminantur in aliquo ex istis diebus. 7. 14. 21. 27. uel. 28. initium sumentes ab hora sensibilis læsionis. Dicuntur autem morbi acuti, quandoquidem huiuscemodi accessiones, siue paroxismi, & dolores admodū perniciosi, cito, uel absq; longā intermissiō ne urgent, tolluntq; e medio uiuentium ipsos ægrotantes, taliq; morbo laborantes.

Græce.	Latine.
Oses.	Acuti.
Chronici.	longi.
Tropici.	couersiui.

¶ Morbi peracuti dicuntur, in quibus accidentia nō sunt in ultimo, seu uehementiori atrocitatis gradu, quemadmodum acuti, nihilo tamen minus sœua cum uehementia terminantur, utplurimum in. 7. dierum intercapedine, eiusmodi sunt pleureses, phreneses, & quædam iecinoris apostemata. Isti autem dicuntur morbi hebdomadarij, siue hebdomatici, & septenarij, quippe qui intra septem dies desinunt.

¶ Polichronij, siue Chronici, hoc est, tardi, & diuturni, longiq; temporis, sunt ij in quibus neque sanitas de proximo apparet, neque omnino conualescentia, aut interitus. Dicitur quoque morbus obtusus, siquidem dolores lenti, lentæq; febres, & spacia temporis inter ipsos paroxismos porriguntur.

¶ Tropici, hoc est, côuersiui, constant ex acutis, & chronicis, utpote quando ægrotantibus noua quædam causatur recidiua.

¶ Menstrui, qui a Neotericis peracuti quoque nuncupantur, a mensibus, denominati, quippe q͂ unius mensis interuallo, seu menstrua intercapedine desinunt, in aliquo uidelicet horum dierum. 7. 14. 20. uel. 21. 27.

¶ Diarij denique morbi denominantur, qui interuallo unius diei naturalis, utpote. 24. horarum cessare consueuerunt, sicuti est febris Ephimera, quos morbos Neoterici perperacutos appellant, siue (ut elegantius loquamur) ualde acutos. Dicuntur itaque perperacuti, seu ualde acuti, in quibus sœuissima quædam accidentia accidunt. Eius generis sunt Angina neruorum oppilationes, atque sœui dolores, & id genus ubi status est omnino propinquus. Terminari siquidem côsueuit die. 4. uel circiter, eiusmodi sunt Apoplexia bubones pestilentes, febres pestiferæ, epydimia, pleureses (& ut supra diximus) Anginæ, quæ spacio unius diei naturalis, interimunt ægrotantes, quasi repentina morte sublati e medio uiuentium, licet hęc raro admodum accidant.

¶ De febrium speciebus.

FEbris calor est naturalis in qualitatem igneam permutatus a feruendo, idest, ebulliendo dicta, adurit quippe sanguinem.

¶ Ephimera, ut plurimum non durat ultra spacium unius diei naturalis, at si ulterius continuaretur, & perduraret in putridam febrem conuertetur.

¶ Tertiana, ex nimio calore generata, ægros affligere consueuit, de. 3. die in tertiam, & huiusmodi febris, interpolata, nuncupari potest, & ex flaua bile causatur.

¶ Continua, siue quotidiana, ex phlegmatis putredine generata, ægrotos assiduo infestare consueuit, quippe quæ (ut vulgo inquiunt) febris continua homines interimit.

¶ Febres iudicantur in eisdem numero diebus, ex quibus etiam liberantur, aut pereunt, nam mitissimæ febres, & quæ tutissimis signis incedunt. 4. die finiuntur, aut prius. Pessimæ autem & grauissima signa præferentes. 4. die interimunt, aut prius ut dictum est.

Hippocrates in prognosticis.

¶ Primus igitur earum insultus ita terminantur die. 4. Secundus ad. 7. producitur: Tertius uero ad. 11. Quartus ad. 14. Quintus ad. 17. Sextus ad. 20. Hij igitur per. 4. aucti ex acutis ad. 20. per additionem finiuntur.

Galeni expositio

¶ Febres quæcunq; non interimentes, si tertia die fortiores fiunt, periculosæ. Quocunque autem modo se intermiserint, periculum adesse significant, non enim sunt pernitiosæ.

Hippoc. lib. 7. Apporismo. 64.

¶ Febres illas quæ quarto quoque die exacerbantur, iis quæ modo quouis interimunt se, esse minus periculosas, siue pernitiosas, dixeris. Solæ enim illę, quæ in quietem febre vacantem desinunt, periculo carent, etiam si uehementissimæ, & ualde lôgam habuerint accessionem, hoc est, paroxismum.

¶ Quibus febricitantibus.6.die rigores fiunt,difficile iudicium sumitur. Hippocrat. 29. Aphorismo. Galeno interprete.

¶ Quicunque ad febres pcipue ardentes,rigores superueniunt, iudiciũ solet habere bonum,atq; perfectum,ubi in die.6.iudicatoria fuerit, & cum signis concoctionis,non bonum autem,neque perfectum,quando diei, uel concoctionis signa fuerint imperfecta. Ait igitur Hyppocrates, eos qui in die.6.fiunt rigores,difficile habere iudicium,hoc est,malum afferre iudicium,ac si male iudicantes dixisset, & difficulter solubiles, ac nonunq̃; cum grauibus quidem simptomatis die.6.fit iudiciũ.

¶ Sudores febricitantibus,si statim incoeperint,boni etiam in diebus imparibus,ut pote.3. 5.7.9.11.17.21.27.31.hi quippe sudores indicant morbos. Qui uero non ita fiunt,laborem significant,& morbi longitudinem,uel recidiuam. Hippocrat. 30. Aphoris.

¶ Non sudores tantum,sed alui magnæ deiectiones,& urinæ multæ.

¶ Nomenclatura,atq; expositio ægritudinum,quas in hoc tractatu enarrauimus.

ANgina,morbi acutissimi genus, sic dicta,quippe q; angat, & quo fauces concluduntur,atq; ea laborantes,strangulantur, vulgo squinantia nuncupatur.

¶ Angina igitur morbus est, qui fauces occupare consueuit, neque respirare animam patitur,Græce autem dicitur sinacha,uel sinachia, & Tonsilla.

¶ Tonsilla,quæ tumor est faucium, siue intra fauces,uocanturq; glandulæ, ob quã dam glandium similitudinẽ, unde tonsillæ,idest, glandulæ. Morbus iste procedit, uel ex uitio, maloque pulmonis affectu, qui Græce nuncupatur peripneumonia,siue peripleumonia, morbus quippe quo pulmo totus afficitur,& tussis molesta subsequitur.

¶ Celsus libro quarto,capite septimo,inquit.Peripneomatici dicuntur,qui huiuscemodi morbo cruciantur,uel morbus iste prouenit a resolutione neruorum, quæ interdum totum corpus ex aliqua parte occupat, hæc,tum Apoplexia, tum paralixis nuncupatur.

¶ Paralpysis,neruorum dissolutio,dicitur, unde paralytici,id est, attoniti, tremuli, paralyticus dissolutus,appellatur.

¶ Apoplexis,siue Apoplexia, est subita quædam percussio, qua totum corpus afficitur,& quam extemplo mors insequitur. Apopletici,id est, attoniti, quorum corpus,& mens stupet morbo,ueluti fulminis ictu contactus.

¶ Epilepsia, morbus est comitialis,siue regius,quem vulgo caducum appellant.

¶ Hemiplexia,seu Semiplexia,est illorum,qui non sunt prorsus attoniti.

¶ Pleuresis,uel Pleuritis tidis,dicitur dolor lateum,siue costarum,morbus quippe pectoralis perniciosus: Pleureticus autem appellatur, qui hoc malum patitur, Græce etiam peripneumonicus dictus.

¶ Cephalæ,Cephalis dicitur caput. Inde Cephalea morbus quo totum caput infestatur,Cephalagia Græce,dolor capitis Latine.

¶ Hemitriteam patitur is qui dimidia capitis parte laborat,Celsus morbum hunc acutum quoddam pestilens malum,appellat.

¶ Letargia,mentis delirium,siue alienatio est, inexpugnabilis pene animi necessitas cum mentis,atq; cerebri alienatione. Inde Letargicus,idest, furiosus qui patitur

cerebri,mentisq; grauedinem sui prorsus immemor.

¶ Icterícia,icteros morbus quo per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra,interdũ flaua,seu crocea est,inde ictericus,q eo morbo laborat crocei coloris.

¶ Mentarga, morbus a mente dictus,quo inficitur facies, collum, pectus, brachia, manus,fœdo quodam furfure,totamq; occupat corporis periferiam,hoc est,super ficiem,potest etiam nuncupari.

¶ Serpigo,lues scilicet quæ per membra serpit,& repit.

¶ Vitiligo, morbus est totius scilicet corporis maculæ diuersi coloris, per singula fere membra inspersæ.

¶ Elephantia,siue Elephantisis,est ueluti quoddam genus lepræ,Elephantorum, seu bucefalorum cuti simile,rubris quibusdam,seu furuis in summa corporis parte maculis,& tumentibus,colore in primis rubro,dein paulatim se in atrum uertente. Elephantici autem sunt,quibus crura sic intumescunt, ut pedes Elephantorum habere uideant,morbus quippe inexpugnabilis,& incurabilis,ut cancer,siue lepra.

¶ Nephretidem morbum appellant renalem,seu dolores renum.

¶ Gonorrhea,est humani seminis fluxus,Gonorrhei semine fluentes dicuntur.

¶ Ileos, morbus est gracilioris intestini in equis,grauissimũ uitium ileos appellant colici dolores in crassioribus intestinis,ileosi,seu iliosi,qui laborant eo morbo.

¶ Hemorrhois,Latine sanguinaria dicitur,sanguinis fluor serpentis,genus pestiferum a fluxu sanguinis, huius enim morsu sanguis omnis e corpore fluit, nec sisti potest.Quandoq; hæc purgatio est non morbus, Celsus libro.6.capite de hemorrhoidibus,αἱμοῤῥέω,quod significat fluxu sanguinis laboro,& profluuium patior.

¶ Tenasmos,siue tenasmus,est crebra, & inanis quædam egerendi, excipiendique stercoris,excrementorũq; uoluntas cum difficultate,tollitur aũt asinino lacte epoto

¶ Tormina,genus morbi a torquendo dictum,quum dolore intestina torquentur exuberatione.

¶ Hypocondrium,hippocondria,id est,precordia,siue exta,dicuntur, partes corporis,ubi ilia dolore torquentur.

¶ Diaphragma atis narium diuisio dicitur,& omne medium,& est membrana quędam tenuis, quæ ueluti paries quidam, cor, pulmonem a iecinore , lieneq; seperat, Latine uero transuersum septum nuncupatur.

¶ Scotomia, scotos Latine tenebræ, Scotomia est infirmitas quædam,tenebrositatem inducens,unde & tenebratio dici potest,& uertigo.


¶ Stranguria est urinæ eiiciendæ difficultas,quãdo guttatim micturiunt homines, hæc ex meatus constrictione accidit,quæ apud Latinos guttam significat, siue substillum, aut stillicidium,uomicas sanguineas emictentes.

¶ Vomica, a uomendo dicta, q; pus inde manat, uel q; qui eam patiuntur saniem emittunt, est enim tumor excrescens, siue crassities illa quæ nascitur in aliqua parte corporis,saniem frequenter emittens. Vnde Serenus ait.

Sunt odio quos dira uomit matura tumores
Vomica,qualis erit,uel eidem proxima quædam.

TRACTATVS OCTAVVS AXIOMATVM.

Lucas Gauricus



VACVNQVE hora quiſpiam ægrotare cœperit, erigatur figura cœleſtis, & in ea collocentur omnes Planetæ, uti ratio poſtulat Aſtronomica. Poſtmodum inueſtigetur ægritudinis ſignificator, ſiue diſpoſitor, & prædominator, utpote Planeta ille qui plures habuerit prerogatiuas, hoc eſt, dignitates eſſentiales in horoſcopo inicianti morbi, & locis luminarium, nec non interlunij, aut plenilunij, quin etiam domini horæ, & Archetypos, quã Latini ſortem, ſiue partem fortunæ, paſſim nuncupare conſueuerunt. Huiuſcemodi ſignificatorem, Arabes, & Chaldæi, Almutez uocitabant, Græci uero Atla, uti teſtatur Marcus Manilius Poeta Romanus, dum ita eleganter cecinit.

Atla uocant Graij quæ cuncta negotia rerum,
In genera, & partes bis ſex diuiſa coercent.

¶ Ille igitur Atla, horoſcopus luminaria, & præcipue conditionarium, ſiue temporis, utpote ☉ interdiu, Luna aũt noctu, & Architypos ſi fuerint bene affecti omnes uel pro maiori parte in iſtis Cœlorum domicilijs. 3. 5. 9. 10. 11. æger ipſe gradatim conualeſcet, ſin a maleficis uulnerati, præcipue in. 4. 6. 7. 8. 12. chronicam ægrotationem experietur, & deniq; interitum.

¶ Illa inſuper ægritudo uidetur exitioſa, quando ægri ſignificator male affectus fuerit dominus. 8. aut in octauã Cœli ſtatione. Quam Arabes morti deputabant, Græci uero ſeptimam, utpote cardinem occiduum, ſicuti ſcripſit Diuus Thomas Aquinas, doctor ſanctus, in. 2. de generatione textu, commenti. 57. &. 58. huius clariſſimi doctoris ueſtigia inſectatus fuit Pontanus, inquiens.

Vita tibi, moresq; animi querendus ab ortu,
Vnde etiam toto lux ipſa effunditur orbe, Pontanus
Surgit ab occaſu mors importuna maligno,
Qua tenebræ, qua nox, nigrantibus aduolat alis.

¶ Quando deniq; Atla, luminum, & utriuſq; horoſcopi, utpote ægritudinis, atq; ſchematis natalitij, fuerit a maleficis hoſtiliter uulneratus, æger euadere non poterit, niſi Seruatoris noſtri clementia ei aſpirauerit, aut Agia Venus, & ſalutaris ſtella Iouis, illum irrorauerit, aut intueatur.

Vultu quo Cœlum, tempeſtatesq; ſerenat.

Certius autem uidetur eſſe mortis indicium, ſi cum hoc, Iuppiter aduſtus, aut a maleficis obſeſſus, ſuum illi miſello ægrotanti patrocinium non porrexerit. Licet enim (firmico referente) beneuola ſit Iouis ſtella, nihilotamen minus contra impugnationem Martis, & Saturni, ſi eam uiolenta ratione conſtringant, reſiſtere ſola non poterit. Eſſent quippe homines immortales, ſi nunq̃ in eorum genituris, Iouij ſyderis benignitas uinceretur. obſeſſus ♄ ♃ ♂

¶ Sed quia ſic Artifex Deus hominem fecit, ut ſubſtantia eius tranſacto quodam certo uitæ ſpacio ſolueretur, neceſſum fuit, ut retento Ioue, per quem uita confertur hominibus, ac ſalutare præſidium in extinguendo homine maleuolarum ſtella

rum malitiosa, ac perniciosa potestas cum augumento malitiæ permaneret, ut ma leuolis radiationibus impugnata, compago corporis solueretur.

Luca Gauricus ¶ Quandocunq; ægritudo quempiam inuaserit, si uterq; horoscopus, luminaria, & ipsorum hospitatores, siue Atla, penitus, uel pro maiori parte fuerint hostilibus falciferi, seu Manortis radiationibus oppressi, & intueantur dominum. 8. orbis, æger ille diem suum obibit.

¶ Lunæ, & horoscopi Atla ad falciferi, seu Martis, uel utriusque congressum, aut perniciosos intuitus natalitij schematis deuoluti, ægrotantibus exitium, obnunciant, si beneficarum stellarum rores quoquomodo non intercesserint. Verũ utriusq; horoscopi, & luminarium Atla, siue (ut Arabes inquiunt) Almutez, atq; hospitatores fuerint bene affecti, nec associati Domino octaui orbis, procul existentibus maleficarum radiationibus malignis ægrotanti conualescentiam contribuent, sin econtra, internitionem.

¶ Horoscopi utriusque, & luminarium præcipue temporis Atla, & hospitatores obsessi a maleficis, uel saltem Almutez, sauciatus in suo casu, retrocedens, uel statio narius, peregrinus, aut combustus minus. 12. gradibus a Sole ☉ siue nodo Austrino (quẽ draconis caudam appellant) remotus. Ad congressum tamen ipsorum de fluens, grauem obnunciant ægrotationem, & denique interitum, anteq̃. 8. uel. 15. effluant dies ab hora morbi inciantis.

¶ Si Luna ☽ horoscopus, & sextæ domus (quam ægritudinibus deputarunt) hospitatores fuerint alligati partiliter, uel saltem platice, domino. 7. uel. 8. & a maleficis uulnerati, presertim in. 4. 6. 7. 8. coelorum domicilijs, exitiosum portendunt interitum, sin bene affecti, & a beneficis irradiati, salubritatem.

¶ Dominus ascendentis in. 8. domo afflictus, quin & ⊕ aut. 8. in horoscopo absq; salutari beneficarum rore, uel intuitu, denotat quatenus æger futurus sit, causa sui interitus, ex inordinato eius regimine.

¶ Horoscopi autem, & luminarium hospitatores, in beneficarum stellarum synodo, uel salutaribus radijs irrorati, in proprijs domicilijs, uel solio, triangularitate, finibus, & decamoria ægrotanti pristinam restituent corporis salubritatem.

¶ Non poterit infirmus euadere (nisi diuino nutu) quando luminare temporis, siue condirionarium (ut sæpe diximus) & Almutez horoscopi fuerint deprauati a dño. 4. 6. 7. 8. Maximus præterea timor imminebit ægrotanti, & mortis discrimen, quando hora inuasionis morbi luminaria fuerint sub terra male affecta.

Ptholomeo. 14 Aphorismo. ¶ Defectus luminariũ in cardinibus genituræ, annuarũ'ue conuersionũ noxius est.

¶ Defectus, deliquium, eclypsis luminarium, præcipue Solis labor, si anno quopiam celebraretur in horoscopo natalicij rhematis, perniciosus est, & loetalis, presertim si defectus ille celebraretur in ipsa cuspide horoscopi partiliter, aut non longius: 3. gradibus, aut: 5. ad summum.

¶ Non autem est adeo noxius huiusmodi luminum defectus, si celebratur in horoscopo Annuæ, conuersionis, aut ægritudinis, presertim si plus. 5. gradibus distaret a cuspide horoscopi, id enim pericli, uisq; nocendi diminueretur, & iam tandem prorsus euanesceret, presertim si ægroti illius conuersio Annua non fuerit penitus commaculata.

¶ Perniciosus præterea foret Añus cõualescentibus, nedum ægrotantibus, quando huiuscemodi

huiusmodi ☉ aut ☽ deliquium celebraretur in loco luminaris conditionarij,utpote ☉ diurno tempore,noctu autem in loco ☽ & potissimum prope nodum Austrinum,quem Babilonij,Arabes,& plerique Neotericorũ,caudam draconis uocitant

¶ Esset denique lœthalis annus,quando alterutrius luminaris defectus Anno quopiam accideret in locis Apheticis, siue (ut Punici inquiunt) hilegialibus, aut gradibus Alcocodeæ, ægrotanti potissimum illo Anno interitum portenderet, præsertim quando luminare illud in tenebris delitescens ad eius ipsius tetragonales, aut diametrales,applicuerit radiationes. Tunc enim æger ex morbo ueterno, aut Apoplexi,diem suum clauderet nouissimum.

¶ Verum enimuero si deliquium alterutrius luminaris celebraretur in tetragona, aut diametra loci Aphetici,timorosam præsagiret ægrotationem,non tamen exitiosam.

¶ Claudius item Ptholemæus in secundo Apotheleſmatum libro, inquit, Cuius eclypsis domini fuerint benefici, & bene affecti, aut deliquium illud celebraretur in Iouis,aut Veneris domicilio, seu altitudine, uel finibus, aut in proprijs luminariũ domicilijs,utpote si Solis ☉ labor accideret in ♌ uel ♈. Luna autem in ♋ uel ♉ sanitatem,gaudia,& omne bonum portenderet. At si alterutrius luminaris defectus accideret in horoscopo, uel locis ubi nullam habuerint prærogatiuam, siue dignitatem essentialem,omne prorsus infortunium decernerent.

¶ Morbus qui cœpit,quum ☽ fuerit in eo signo,quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo, aut diametro eius, grauissimus futurus est. Si autem malefica respexerit, periculosus. Sin in loco ubi geniture tempore benefica fuerit, sine periculo erit. Ptholome'. 41 Enunciato.

¶ Aegrotatio quippe illa, quæ incœpit ☽ signum illud peragrante, quod Planeta noxius genituræ hora occupabat,aut quadrangulari,seu diametrali intuitu uulnerabat,difficilis admodũ,& grauis erit. Quod si perniciosus maleficę stellæ intuitus accesserit,futura erit ægritudo difficilis,& perniciosa.Facilis autem, & cura ualetudo redigetur, si eadem hora, qua ægritudo incœperat, ☽ eo in loco reperiatur; quẽ salutaris stella possidebat hora natalis.Immo saluberrimum,& tutissimum erit salubritatis,& conualescentiæ indicium,si hora inicia ntis morbi benefica quæpiam stella,Lunam salutari intuitione conspexerit. Ptbol.44.Aph.

¶ Noxium est,quum ægri ascendens genituræ ipsius figuris refragatur, neque ad beneficum aliquem tempus peruenerit.

¶ Quemadmodum ex dictis Claudij Ptholemæi elicitur, noxium erit ægrotanti, non tamen usquequaque perniciosum, quotiens eo temporis momento, siue hora, qua æger febrire cœperit, oriatur signa aduersantia horoscopo natalicij thematis.

¶ Si in themate natalitio supra finitorem, siue orientis cardinem emergeret. 10. pars Leonis ♌: tempore autem initij ægritudinis. 10.pars ♉ uel Scorpij ♏ pessimum foret malignantis morbi inditium, non tamen exitiosum, præcipue si alius quispiam beneficus intercesserit aspectus. Exempli gratia

¶ Noxiũ præterea uidetur fore presagiũ,nullatenus uero perniciosum,si tempore initiantis morbi supra orientis cardinem emergeret aliquod signum. 4.6.7.8.12. domiciliorum natalicij schematis,a maleficis præcipue stellis,hostiliter uulneratũ.

¶ Exitiosus item erit morbus ille,qui cœperit eo Anno,& potissimũ mense,uel die

in quo trium superiorum, uel saltem ♄ & ♂ conuentus celebraretur partiliter, uel per 3. gradus proxime in horoscopo geniturae. Aut in loco luminarium, praecipue conditionarij, siue temporis, uel in loco Aphetae, utpote ilegialis, siue Alcocodeae, qui est uitae significator. Verum in conuersionis horoscopo: conuentus ille nó uidetur adeo loethalis, licet aegrotanti aliquantisper noxius, euadet siquidem si stellae salutares, Aphesim, siue Alcocodeam natalis salutaribus radijs illustrauerint, aut sua praesentia irrorauerint.

¶ Loethalis denique erit morbus qui exordietur eo die in quo progressio, siue directio Aphetae, seu uindicis (quem Chaldaei, Arabes, & Babilonij, hilech uocitant, seu mauis Alcocodeam, Graeci peripaton) per debitum Athazir, id est, directiones ipsas deuoluetur, ad gradus, siue partes Anhereticas, ideft, loethales, utpote synodum, uel hostiles maleficarum stellarũ radios, utpote tetragonales, uel epthagonas.

¶ Salubritatis uerò indicium portenditur aegrotanti, quando horoscopi, & luminarium progressiones, atq; directiones, peruenerint ad synodum, uel foelices beneficarum radiationes, & potissimum si reperiantur in Iouijs, aut Venereis finibus procul constitutis malignantium stellarum radijs hostilibus.

Ptholome². 91 Enunciato. ¶ Malum signum est, quum aegroti dominator combustus fuerit, maxime si pars fortunae affligitur, infortunaturq;.

Lucas Gauricus ¶ Dominator, siue aegroti significator, est ille Planeta, qui hora initiantis morbi, in themate supputatus, plures habuerit dignitates essentiales, in quinq; locis Aphe ticis, utpote horoscopo, locis luminarium, synodi, siue plenilunij, & gradibus partis fortunae, quae a Graecis Archetypos nuucupatur. Quandocunque igitur aegro ti illius significator, siue Atla (quem Babilonij, & Arabes, Almutez nominare con sueuerunt) fuerit subradiatus, idest, sub radijs Solaribus constitutus, siue (ut uulgo inquiunt) combustus, quum sit perinde atque in carcerem coniectus, nullum uitae subsidium afferre poterit aegrotanti, praesertim si cum luminaribus, & horosco po dominator ille a maleficis maleficarum configurationibus fuerit cómaculatus.

Ptol. 68. Aph. ¶ Malefica quum matutina est casum, uespertina uero morbum significat. Quas stellas, Graeci Heoas uocitabant, Latini Eoas, atq; Orientales, Hesperias aút quas nostri Occiduas, siue Occidentales, atque uespertinas. Quandoquidem stellae seu Planetae uespertini, non adeo magnas ad nocendum uires obtinent. Idcirco de cernere consueuerunt casum, rixas, contentiones, calamitates, seu fortunarum iactu ras, & quandoque febres, aut uulnera. Matutinae uero, quũ uires sibi uendicent maiores, deteriora ingerunt mala, maximis quippe incommodis afficiunt aegrotantes, utpote malum aliquod inseparabile, & perpetua corporis nocumenta, sicuti, lienteriam, ictericiam, obtalmiam, oculorum orbitates, membri alicuius mutilationem, claudicationem, surditatem, & eiusmodi infortuniorum genera.

¶ Saturni stella occidua, & Solaribus radijs calefacta, temperamentum quoddam suae frigiditatis retinet, qua temperie, cum frigidissima uis eius remissior facta sit, usque adeo nocere non poterit, Orientalis autem maius nocumentum afferre con sueuit, praecipue aegrotantibus.

¶ Contra Martis natura quum sit feruentissima Solaribus radijs, perinde ac repercussa, nonnihil remittitur, & sic efferuescere minus poterit, nec Mauortius ille (qué influit) feruor, tam noxius erit, ueneratur siquidem illam Solis Maiestatem, Eous

uero

uero maximam nocendi prærogatiuam sibi uendicat.

¶ Sol, & Mars, orientales morbos acutos, excitant.

¶ Saturnus autem frigidos, & chronicos.

¶ Iouis benignitas exageratur, quum in septentrionali parte reperitur, Veneris autem quum in meridiana tempore morbi incipientis.

¶ Sol est fons uitalis potentiæ, est enim spiritus, & fons uitalitatis. Lunæ autem uis est naturalis, estq; potissima causa uirtutis uegetatiuæ. Ab utraq; igitur uita, ac uitæ alimentatio fluit, ac ueluti uberrimus fons, a duobus fontibus emanat, atque deriuatur. Ptholome⁹. 86 Enunciato.

¶ Chaldæi, dictis Ptholomæi, adijciunt hæc.

¶ Saturnus ♄ est fons potentiæ retentiuæ, & humori terreo, & obtuso præest.

¶ Iuppiter ♃ eius potentiæ, ad quam incrementa referuntur, & præest sanguini.

¶ Mars ♂ irascibili potentiæ, rubræque bili dominatur.

¶ Venus ♀ concupiscibilis, & appetiscendi uim excitat.

¶ Mercurius ☿ differtiuæ, seu logisticæ, atque rationabili præest.

¶ Luna ☽ significat ea quæ corporis sunt, ut quæ ei pro motu similia sunt. Pthol. 61. Enū.

¶ In præsenti Axiomate, Claudius Ptholemæus, edocet uideri admodum rationabile; quatenus obseruetur a Medicis Lunæ ☽ motus, quem corpora cuncta sequuntur. ¶ Lunam (inquit) significationem, atque imperium habere earum rerũ, quæ corporis sunt, ea uero quæ spiritualis potentiæ Soli ☉ magis attribuuntur. Quod autem Luna ☽ animantium corporibus imperet, incrementa, atque decrementa ipsius plane edocent, Luna ☽ siquidem crescente, corpora animantium implentur, atque humoribus exuberant, decrescente autem, magis, ac magis euacuantur, atque aridiora fiunt. Materia enim quælibet arborea cæsa, quum Luna ☽ suis luminibus aucta fit, q; humidi fiat accessio, marcescit, atque breui etiam tempore carie cõficitur, quippe q; humidũ ipsum suapte natura citius, & facilius corrũpitur. E contra, arbor incisa quum decrescens Luna perq̃; exiguo est lumine diutius perennat quandoquidem tunc siccior, atque attenuatior est, non tam facile corrumpitur, hoc ipsum in chonchilijs, cancrisq; manifestissime conspicitur. Nil igitur mirum cuipiam uideri debet, si corpus humanum febribus affectum, pro motu, ac statu ☽ alias quandoque minores, alias maiores commotiones experiatur, ac sentiat.

¶ Lunæ manifesta mutatione corpora mutantur.

¶ Siquidem corporibus dominatur, atque præcipuum sibi uendicat prædominium. In morborum igitur inuasione, si ☽ fuerit infortunata, ægrotanti tunc uitæ periculum minitatur, inquit Hermes. ¶ Detrimentum corporis ☽ Lunæ, detrimentum est totius humani corporis. Hermes.

¶ In principio ægritudinis ☽ Luna cum ♄ Saturno si fuerit in detrimento sui luminis, ægrotanti langorem infirmitatem, aut mortem, obnuntiat: in augmento, sanitatem, seu conualescentiam. E contra uero de ☽ cum ♂ portenditur, quia cremẽtum est calidum, decrementum uero frigidum. In principio itaque ægrotationis: Zael.

¶ Luna aucta luminibus, & a Marte commaculata, uel diminuta a Saturno ♄ nõ bonum decernit salutis indicium, Martis tamen infortunium, si fuerit orientalis, & in signis masculinis deterius est interdiu, q̃; nocturno tempore. Igitur non sit ☽ cum Saturno ♄ decrescens, neque crescens cum ♂ Marte: nam si ita reperiatur ho

ra inchoantis morbi,æger diem suum claudet nouissimum.

¶ Quando ægritudo inceperit ☽ exeunte ex termino combustionis, morbus ille continuabitur, donec ipsa peragrauerit ad eius ipsius tetragonam, aut epthagonam radiationem.

Hermes. 70. Appol. 90. ¶ Timetur in ægrotantibus,quando Luna, & dominus ascendentis fuerint ab. 8. loci domino impediti.

¶ Timendum erit ægrotanti,quando in principio ægritudinis,Sol ☉ in die,& ☽ in nocte, fuerint impediti.

¶ Ascendens quum fuerit boni esse,dominus uero eius mali, sanitatem quidē corporis indicant,animi uero anxietatem,& tristitiam,& e conuerso.

¶ Ascendens,& Luna commaculati, eorum uero domini bene affecti, ægritudines in corpore,non autem in spiritu obnunciant. Ascendens autem, & Luna salui,eorum uero domini ab hostilibus maleficarum radiationibus, uel congressu afflicti insinuant,quatenus ægritudo uigebit magis in spiritu,q̃3 in corpore, hi omnes pariter afflicti,ægritudo ingruet in corpore,& in spiritu.

¶ Si maleficæ igitur stellæ infecerint horoscopum, & non Lunam, erit infirmitas in spiritu,non autem in corpore: sin e contra,Lunam,& non horoscopum, uigebit morbus in corpore magis q̃3 in spiritu: sin maleficæ utrumq̧ infecerint, utpote Lunam, & horoscopum,uigebit ægritudo,& in corpore,& in spiritu. Item

¶ Si Luna,& horoscopus male afficiantur hora morbi incipientis, æger uitæ discrimina subibit: sin bene,perconciniter conualescet,presertim si ♃ & ♀ aut alter ipsorum,inspexerint luminaria,& horoscopum ægritudinis,& natalitij thematis.

¶ Si morbus præcesserit ex materia calida, & tempore crisis ☽ progrederetur sub signo igneo, partiliter alligata Marti, aut ☉ Soli,uel saltem per dimidium sui orbis, & malefico falciferi intuitu sauciata,ægroto pessimum minatur indicium mortis: Quippe qui morbus materiam conculcabit,potest tamen bono cum regimine, & Medicorum solertia conualescere. Si luminare temporis,horoscopus cum eius hospitatore reperiantur in finibus Iouis ♃ aut Veneris ♀ & eminus peragrauerint,sintq̧ procul ab malignantium stellarum radiationibus.

¶ In ægritudine acuta, luminaria a Marte sauciata, citissimam, & quodammodo repentinam, seu uiolentam necem, inferre consueuerunt. In ægrotatione uero frigida, Lunæ ☽ coitus cum Saturno ♄ mortis discrimen obnunciat, ex catharrali suffocatione, præsertim si ♄ fuerit tardi motus,uel retrocedens,aut combustus.

¶ Lunæ ☽ item,& falciferi congressus, chronicam minatur ægrotationem,præcipue si Luna fuerit uelox cursu, Saturnus ♄ uero tardus, & cum hoc ipsa ad senis eiusdem coitum progrediatur.

¶ In ægrotationis præterea exordio Solis,uel Lunæ coitus cum Marte ♂, citam, & quodammodo uiolentam portendit stragem, quandoquidem Mars ♂ ipse suo pte influxu, & uirtute sibi insita, non secus atq̧ Sol ☉ caliditatem, atq̧ siccitatem excitat. Quo circa si ægritudo procederet ex caliditatis nimia ubertate, in ægrotantem acrius debaccharetur, q̃3 si resiliret ex frigiditate. Sed quanq̃3 ☽ esset Mauortio syderi colligata, æger necis atrocitatem effugeret, si eos beneficæ intuerentur, aut præsentia irrorarent. Magis aũt prodesset, opemq̧ ferret ægrotanti, Agia Venus,q̃3 saluberrima Iouis stella. At si Cynthia ipsa esset in complexibus falcitenentis,

nentis multo melius proficeret ♃ Iuppiter, q̃ Venus. Quippe quæ hæc sui Martis, ille uero senis falciferi inclementiam infringere consueuit.

¶ Lunæ itē, atque Veneris ♀ coitio, magis prodest iuuenibus, & puellis, q̃ senioribus. Venus quippe suum affert præsidium adolescentulis, & virginibus magis q̃ salutaris Iouis stella, quum iis qui dimidiam suæ ætatis pertransierint periodum prodesse consueuerit, potius q̃ adolescentulis, iuuenibus, atque puellulis.

¶ In principio ægrotationis Luna ☽ in aliquo ex istis Cœlorum hospiciliis. 4. 6. 7. 8. natalicij schematis commaculata per ☌ □ ☍ utriusque malefici syderis, ægrotanti mortis discrimina portendit.

¶ Luna ☽ in ☌ □ ☍ ♄ ♂ & ♃ chronicam decernit ægrotationem, nihilominus æger sperare poterit conualescentiam, si Saturnus ♄ foret retrocedens, & Iuppiter ♃ directus, & Luna ☽ proximior Ioui ♃ aut Veneri ♀: aut Agia Venus Lunam intueatur.

¶ Luna ☽ partiliter, uel saltem per sui orbis dimidium alligata ♄ Saturno, & Soli ☉ aut in utriusque □ uel ☍ intuitu, absque beneficatum subsidio, ægrotanti exitiosum ominatur interitum, præcipue si Iuppiter ♃ fuerit afflictus, aut peregrinus, Sin bene affectus, & illos fœliciter irrorauerit, salubrem cōtribuet euentum, & ægrotum ad pristinam rediget salutem.

¶ In principio morbi dominus. 8. per summum Cœli apicem permeans, horoscopi uero Ecodespotes sub terra præcipue in. 4. uel. 6. Cœli statione locatus mortis præsagium obnunciant.

¶ Horoscopi Ecodespotes in sexta domo, sextæ autem in horoscopo non usque quaq; afflicti, chronicam portendunt ægrotationem, sin male affecti, perniciem.

¶ Dominus ascendentis in cadentibus a maleficis uulneratus, septimæ uero, aut. 8. cardinaliter supputatus, mortem obnunciant.

¶ Horoscopi dominus in fouea Planetarum, imo scilicet Cœli cardine: grauem obnunciat ægrotationem, & denique mortem, si stellæ salutares non porrexerint subsidium.

¶ Horoscopi hospitator in suo casu, uel detrimento, uel obsessus a maleficis, aut combustus, siue repedans in finibus maleficarum, mortem afferet.

¶ Horoscopi Ecodespotes sauciatus a domino septimæ, uel octauæ, aut ei partiliter alligatus, chroincam ægrotationem portendit, non sine mortis discrimine.

¶ Dominus ascendentis receptus a Domino octauæ, & uterque liber a maleficis insimnant, quatenus æger post desperationem conualescet.

¶ Dominus octauæ seperatus a Domino ascendentis, & irrigatus a beneficis, salutem contribuet ægrotanti, duce bono regimine.

¶ Si Dominus ortiui cardinis leuior receperit in suo domicilio, uel trono, dominum octauæ, ponderosiorem æger interitum experietur. At si fœlices Iouij, aut Venerei syderis rores intercesserint, æger iam tandem conualescet.

Leues. ♀ ☿ ☉ ponderosi ♄ ♃ ♂

¶ Horoscopi, & luminum hospitatores, uel saltem Lunæ ☽ Ecodespotes, retrocedens, & combustus, nec non a maleficis sauciatus in sexto, septimo, uel octauo Coelorum hospitio, absque fœlicibus fortunarum radiationibus mortem portendere uidentur.

¶ Planetæ benefici si fuerint maleficis potentiores in themate morbi initiantis, & certius in utroque ægrotanti conualescentiam diiudicato, e contra, interitum.

¶ Maleficorum Planetarum alter prope Solem, aut Lunam, alter uero prope horoscopum, uel eius dominum, non ultra. 3. gradibus remoti, mortem obnuntiant, Mars tum citius interimet, quam Saturnus.

¶ Luna, & Mercurius in ☍ □ ☌ ♂ ægrotanti pernitiem obnuntiant, Quando quidem ☿ quem Græci, Stilbonta, uocabant, dicitur esse promiscuus, utpote bonus cum bonis, malus cum malis: Igitur cum Marte ♂ suscipit Martis maliciam, fiuntque duo Martes, sicuti ♂ cum ☉, duo Soles, & alter alterius malignitatem exaggerat.

¶ Luna autem, & Stilbon cum beneficis alligati, uel ab eis fęliciter irrigati, nullum minantur mortis indicium, præsertim si reperiantur in finibus Iouijs, aut Venereis

¶ Si intra Lunam, & Solem pauciores. 6. gradibus interiiecerint, & Luna ☽ non dum ad Solis ☉ coitum applicuerit, potius erit de ægrotantis interitu uerendum quam de salubritate sperandum præcipue si reperiantur in finibus falciferi, aut Martis, sic etenim mors ægrotantem opprimet.

¶ Luna crescens, Phœbeo lumine irradiata, non adeo nocet ęgrotanti, sicut diminuta luminibus. Luna igitur silens, & diminuta lumine cum ☉ permeans per hasce Cœlorum stationes. 4. 6. 7. 8. ad ♂ Martis, uel Falciferi coitum defluens, uel utriusque, siue alterutrius exitiosas radiationes ægrotanti post acerbos morbi conflictus, mortem inferet.

¶ Sol ☉ in horoscopo bene affectus, uel in sexta Cœli statione salubritatem restituet ægrotanti, itidem portendere uidetur, si combuxerit hospitorem septimæ, uel octauæ domus, est enim Sol ☉ candela Cœli, & rerum omnium spiritus, omnia clarificans, & qui terrarum radijs opera omnia lustrat.

¶ Luna in signis longarum ascensionum, si fuerit coniuncta Soli, & ipsa latitudinem habuerit, non erit ægrotantibus usquequaque pernitiosa.

¶ Si utrumque luminare reperiatur in aliquo ex signis breuium ascensionum, erit satis profecto noxium ægrotanti, præsertim si Luna ☽ complexibus alligata fraternis, non fuerit e Solaribus radijs egressa, sed obsessa, seu uulnerata a maleficis stellis, tunc certius præbebit futuræ mortis indicium.

¶ Omnis Planeta noxius pernitiosior est in cardinibus Cœlorũ, quam in Anaphoris, hoc est, succedentibus cardinum, aut in Epycataphora, utpote in cadentibus domicilijs, & quanto ille noxius Planeta fuerit tardior motu, & mage impeditus, tanto erit pernitiosior.

¶ In themate ægrotationis hospitator ☽ Lunæ, & horoscopi in Epycataphora cardinum. Dominus autem octauus, fortis, & præsertim in cardinibus ægrotanti uitæ discrimina obnuntiare uidentur, eodem quoque pacto quando dominus. 3. infecerit dominum ascendentis.

¶ Iuppiter ♃ & Venus ♀ in genitura ægroti, si reperiantur in aliquo ex istis Cœlorum domicilijs. 4. 6. 7. 8. 12. & in morbi initio sint male affecti, ægrotantibus potius obesse, quam prodesse possent. Dicti autem Planetæ salutares in horoscopo collocati corporis salubritatem contribuent.

¶ Iuppiter horoscopi dominus in Anaphora ortiui cardinis, afflictus, uel ab eius hospitatore sauciatus, dispendia multa minatur.

¶ Iuppiter ♀ ☽ simul in cardinalibus, aut Anaphoris, cardinum præcipue in. 2. 5 11. collocati, certum prebebunt inditium conualescentiæ.

¶ Luna, horoscopus, & utriusque Ecodespotes non combusti. neque a maleficis sauciati, & absque exitioso intuitu domini. 7. uel. 8. domus, ægrotanti corporis salubritatem reuocabunt.

¶ Luna in aliquo. 4. cardinum, & præcipue cœlorum apice, bene affecta, bonum decernit euentum, sin male, præsertim in. 4. 7. 1. non bonum: fieri autem debet pro gnosticon de salubritate, uel interitu infirmi iuxta complexionem domini illius loci, in quo ☽ reperiebatur hora qua æger in febrem aduersam incidit.

¶ In ægritudinis exordio ☽ in imo cœlorum cardine supputata a maleficis obsessa non procul a nodo Austrino adusta absque beneficarum patrocinijs chronicam febrem, & denique mortem denuntiare uidetur.

¶ Luna in quopiam ex istis cœlorum domicilijs. 3. 5, 9. 10. 11. uelox cursu, atque luminosa, eminus a maleficarum stellarum congressu, pernitiosisque radijs, si cuipiam Planetæ benefico uelocis peragrationis fuerit partiliter, aut platice, per dimidium scilicet sui orbis alligata, ægrotanti pristinam restituet salubritatem.

¶ In aliquo præterea ex dictis. 5. cœli hospitijs ☽ alligata dño ascendentis, aut in eius ✶ uel △ aspectu, & uterque auctus cursu, ac lumine sanitaté cõtribuet ægrotãti.

¶ Luna cum suo hospitatore in cardinum Anaphoris istis. 2. 5. 11. (quas Neoterici, & Arabes passim succedentes domos appellant) circumdata, aut fœliciter irrigata a stellis salutaribus, præsertim in finibus Iouis, aut Venerei syderis, uel utriusque ægrotantem ab interitu eripiet.

¶ Luna in Apoclimate, siue epycataphora cardinum, utpote. 3. 6. 9. 12. supputata non præsagit stabile morbi testimonium, nisi in eisdem domicilijs ☽ bene affecta aliquam habuerit essentialem prorogatiuam.

¶ Luna sub mobilibus signis ♈ ♋ ♎ ♑ supputata, & bene affecta citam afferet sanitatem, male uero, festinum præsagit interitum.

¶ Luna sub fixis ♉ ♌ ♏ ♒ longarum præcipue ascensionum ægritudinis diuturnitatem, sin male affecta, ægrotantem interimet.

¶ Luna sub bicorporeis, seu communibus ♊ ♍ ♐ ♓ recidiuam prouocabit, uel de una ægritudine in alteram transfigere faciet ægrotantem.

¶ Luna in ♈ Solis trono, aut in Leone eiusdem hospitio nullum præbet mortis indicium, esset quippe recepta hic domicilio, illic autem solio, præsertim a beneficis irradiata.

¶ Luna in ♐ nec non ♈ ♌ signis caliditatem, atque siccitatem influentibus si ægritudo processerit ex caliditate malum decernit euentum, sin ex frigiditate optimum, contraria enim contrarijs curantur.

¶ Luna in Tauro ♉ eius altitudine, uel ♎ Veneris domicilio, & falciferi trono, Item in ♐ uel ♓ collocata Iouijs ædibus perpulchre letum decernit ægrotantibus euentum, præcipue si peragrauerit sub quopiam ex istis cœlorũ domicilijs. 2. 5. 10 11. procul existentibus, synodo, aut maleficarum stellarnm radiationibus infaustis.

¶ Luna in ♋ ♓ cum salutari quapiã stella, aut fœlici intuitu illustrata, præsertim

in finibus Iouis, aut Agiæ Veneris, ægrotis conualeſcentiam reſtituet, & tandem perbelle deget.

¶ Luna autem in uia combuſta, ſeu lactea quam perhibent eſſe ab. 25. ♎ ad. 6. Scorpij ♏ partem quaſi deijecta ſit, & deprauata, præſertim a maleficis uulnerata, ægrotantibus internitionem obnuntiat.

¶ Luna ☽ in Capricorno ♑ uel Aquario ♒ complicata Saturno ♄, ſi interceſſerint ſalutares, Iouis ♃ aut Veneris ♀ radiationes, non interimet ægrotantem, ſed moleſta, atq; acerba tuſſi ipſum concutiet; quippe qui nemo ſuũ deſtruit hoſpitium niſi fuerit mentis inops. Quem noſtri Geophonenſes, & tota ferme Lucania catacem nuncupare conſueuerunt in vernacula lingua.

¶ Si denique ☽ Luna in principio morbi fuerit conuncta, cum aliqua ſtellarum fixarum primæ, aut ſecundæ maieſtatis magnam ab eclyptiaca habentium latitudinem de natura, ſeu complexione ♃ aut ♀ ☿ ægrotanti ſalubrem exitum pronunciat, quodq; ſenſus, mens, & cerebrum eius non perturbabitur ualde, ſed quandoq; uaccillabit. Verum hæc omnia contrarium, atq; pernitioſum ſortietur euentum, ſi tunc Luna copularetur cum aliqua ex ſtellis fixis, modicam habentibus latitudinem ab orbita Solis de natura ♂ uel ♄ & ☿ ægritudo uigebit iuxta naturam, & complexionem fixarum cum quibus copulabitur.

¶ Srellæ, a ſtando dictæ ſunt, non ſecus atque ſidera a ſidendo propriæ non indiga lucis. Illi quippe ignes ætherei ſuapte natura fulgentiſſimi, in quorum numero ſunt quæ ab Aſſirijs, & Babilonijs, Pleiades dicuntur, a Latinis autem Vergiliæ, extremo ſiquidem vere oriri incipiunt, & noſtra hac tempeſtate ſunt circa. 22. gradus ♉ ♂ & ☽ qualitates in profluuio imitantes, Nebuloſa inſuper in ♋ pectore ſidus eſt quod preſepe e noſtratibus ferme omnes uocitant etiam ♂ & ☽ virus obtinens. Aſelli inſuper ad ipſum preſepe alligati ♂ & ☉ qualitatem non inficiantes, harum quæuis ſtellarum ſi naſcente aliquo in locis luminarium reperiatur, oculorum aciem hebetare conſueuerunt, & potiſſimum eo Anno, ac menſe quo ☉ per debitum Athazir ductus ad ipſarum congreſſus applicuerit, & ☽ lumine diminuta fuerit a maleficis hoſtiliter percuſſa.

¶ De oculorum ægritudinibus.

Ptholeme⁹. 69 Enunciato.

ERIT in uiſu nati uicium, quum Luna Soli ☉ aduerſa eſt, aut ſtellis nebuloſis coniungitur. Item quum eſt in occiduo cardine, ambæque maleficæ ſtellæ in cardine orientis, Sol quoque cardinalis eſt, natus ipſe oculis capietur.

¶ Quum igitur luminaria, hoc eſt, Sol ☉ luminare maius, & Luna luminare minus, oculis humani corporis dominentur, hæc ſiniſtro, ille autẽ dextro, in cuiuſcunque genitura Sol & Luna ſibi inuicem aduerſabuntur, atque e diametro ſe inſpexerint, oculorum acies hebetabitur, præſertim ſi uterq;, uel alteruter alicui ex ſtellis nebuloſis coniungeretur. Tunc enim arguuntur aduerſæ oculorum ualetudines, & uiſus caligatio, pernitioſique humores oculorum (ut diximus) aciem hebetantes, & ipſis caliginem, tenebraſque effundentes. Quocirca ita genitus, lippitudines, obtalmias, ſuffuſioneſque oculorum patietur.

Stellæ nebulosæ.

G.	M.	S.
16	40	♊
0	2	♌
14	30	♍
25	50	♐
4	50	♑

¶ Gradus Azemenæ, hoc est, ægritudinis inseperabilis, ueluti cœcitas, surditas, claudicatio, gibbositas.

♉	6	7	8	9	10	
♋	9	10	11	12	13	14
♌	18	27	28			
♏	19	29				
♐	1	7	8	18	19	20
♑	26	27	28	29		
♒	18	19				

¶ Luminaria cum huiuscemodi stellis nebulosis, aut gradibus Azemenæ, a maleficis Planetis sauciata oculorum aciem hebetabunt, immo cœcitatem infligere consueuerint, utpote ☉ dextri oculi: Luna autem sinistri, sin ☉ & ☽ utriusque.

¶ Luminaria item in. 6. Cœlorum statione male affecta, siue a Planetis maleficis uulnerata cœcitatem denuntiare uidentur.

¶ In eodem. 6. Cœli hospitio ☽ sub chelarum Asterismo a ♄ uel ♂ commaculata cœcitatem inferet in oculo sinistro alioqui obialmiam, aut nubeculam.

¶ Luna item in. 6. domo non procul a septima ad ☐ uel ☍ ♂ defluens. Item horoscopus in finibus ♄ aut ♂: Sol in gradibus Azemenæ, & Martis ♂ finibus in utroq; oculo impedimenta inferre consueuerunt, quemadmodum Diuo Leoni. X. Pont. Opt. Max. accidit, cui ab ineunte ætate, luminaria cõmaculata, oculos adeo obtenebrarunt, ut nihil prorsus intueri poterat, absq; cristallino quodã cõspicillio.

¶ Quando post luminare conditionarium supra finitorem emergeret aliqua stella malefica, natus cœcabitur. At si hora accubitus, itidem accideret æger in oculis dolores, siue aliquid impedimenti pateretur, aut in obtalmiam incideret.

¶ Nodus Meridianus (quem omnes caudam Draconis appellant) sub prima, uel (ut quidam arbitrantur) secunda, Scorpij decamoria in horoscopo, Mars autem in occiduo cardine, Lunam tetragonali, horoscopum uero diametrali radiatione infectans opulentissimo, atque pecuniosissimo cuidam uiro pileato oculis hebetudinem excitarunt, ipsumq; cœcutientem effecerunt, adeoquidem q; non opibus potis est oculorum auertere pestem.

¶ Alter etiam eiusdem ordinis uir, thesaurorum opulentia refertissimus consimilem, sed longe deteriorem perpessus est in utroque oculo Azemenam, quam Latini inseperabilem uocitant ægrotationem: quippe qui in sui schematis natalitij horoscopo habuit. 27. gradus ♑. Quos Babilonij Azemenæ partibus,

falciferi finibus deputarunt. Saturnus ibidem, & ☽ in Martijs finibus non procul a Pleiadibus utroq; propemodum lumine cassum effecerunt, huiuscemodi coelorum afflatus pernitiosi luscos caecutientes, strabones, & denique caecos, & in tenebris quo ad uixerint, delitescentes, facere consueuerunt.

¶ Quādo Luna in cardine occiduo aut. 6. insalubri, pigraq; cęli statione, in natali cio cuiuspiam schemate reperta fuerit, & utraque malefica in ortiuo, Sol quoque cardinalis, ita genitus oculis capietur.

¶ Quando luminare temporis fuerit partiliter alligatum cum malefico quopiam Planeta, praesertim in aliquo. 4. cardinum, uel cum eo reperiatur horoscopi dominus, ita genitus, in puerili aetate coecabitur, uel luscus efficietur.

¶ Luna in ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉ in aliquo etiam. 4. cardinum, & potissimum in loco stellae cuiuspiam nubilosae, uel nodo Austrino, siue Vrsino, sic genitus, in oculo sinistro nonnihil sinistri, & denique coecitatem experietur, si beneficae stellae locum illū Lunae ☽ non irrorauerint. Verum si Sol ☉ & Luna ☽ fuerint commaculati, utriusque oculi acies obtenebrabitur.

¶ Luminaria itidem portendere uidentur, si reperiantur in loco partis Azemenae, quae sumitur a domino horae, in gradibus, & minutis ☉ & proicitur ab initio ♌ Et ubi talis numerorum aceruus terminabitur, erit dicta pars, & aegritudo, siue dolor ingruet illi membro, siue oculo, cui potissimum illud signum praedominabitur distribuendo caput, & faciem ♌, collum ♉ & ita de reliquis Asterismis.

¶ Quandocunque curanda foret oculorum nubecula.

¶ Non sit Mars ♂ in horoscopo, neque Solem ☉ inficiat, quippe qui omnia capitis membra inficeret, psertim si fuerit peregrinus, & male affectus a sene falcifero.

¶ In curandis oculis, utere ☽ quando fuerit aucta numero, lumine, & libera a malorum aspectu malefico, praecipue Martis ♂.

Hermes. 38. Αφορ. ¶ In cura etiam oculorum, & capitis sit ♃ Iuppiter, aut Venus ♀ uel uterque, in aliquo ex istis coelorum domicilijs. 1. 3. 5. 9. 10. 11. & luminaria sint bene affecta, maleficae uero in Anaphora, uel potius Epycataphora horoscopi, quas Genethliaci, tum succedentes illas, tum has cadentes, appellant.

Galenus. ¶ Feniculi succus cum saccaro candido, ponatur in aqua purificata, & diluantur oculi.

¶ Itē nux muscata, & aqua vitae, retineantur in ore postmodū in cōmissura capitis.

Oculorum dolori mitigando.

Q. uinti Sereni. SVmma boni est, alacres homini contingere uisus,
Quos quasi custodes, defensoresq; pericli,
Prospiciens summa natura locauit in arce,
Sic tamen ut nullos paterentur desuper ictus,
Atque supercilio pauidi tegerentur opaco.
Sed dolor immeritum lumen si forte lacessit,
Lana lota fuccida. Lana madens oleo noctu connectitur apte,
Viuentis'ue Nepe sumen gestatur amictum, Nepe piscis Marinus.
Ex folio caulis cineres, confractaq; thura,

Et laticem Bacchi, fœtæ cum lacte capellæ,
Desuper induces, atque una nocte probabis,
Hiblæi mellis succi cum melle caprino,
Subueniunt oculis dira caligine pressis,
Vectonicæ mansus siccabit lumina succus. Bettonica.
Si tenebras oculis obducit pigra senectus,
Expressæ marathro guttæ cum melle liquenti,
Detergere malum poterunt, uel uulturis atri Feniculi succus expressus.
Fella, Chelidonio fuerint quæ gramine mixta,
Hæc etiam annosis poterunt succurrere morbis,
Fel quoque de gallo mollitum simplice lympha,
Exacuit puros dempta caligine uisus,
Siue columbarum fimus miscetur aceto.
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis,
Vina Chelidoniæ simili ratione iugantur,
Efficiuntque suo præclaros unguine uisus.

TRACTATVS NONVS.
LVCAE GAVRICI GEOPHONENSIS.



X infinitis propemodum uerissimis obseruationibus nostris, concludimus, Nunquam profecto Claudium Ptholemæum somniasse, hasce iam commeratas, super. 60. Enuntiato expositiones mage ingeniosas, quam ueras: nihilo tamen seccius affirmare ausim, huiusce modi angulos in figura. 16. laterum esse has, quas hic nunc sigillatim annotabimus. Conclusio uerbis dictorum.

¶ Primum igitur latus figuræ Sexdecagonæ. 90. signiferi partes complectitur, quas Luna motu epycicli absoluere consueuit, intercapedine dierum. 7. uel circiter permeans ab hora sensibilis læsionis quousque ad primam eius ipsius tetragonam radiationem sinistram fuerit deuoluta. 1

¶ Ad secundum uero latus eiusdem sexdecagonæ figuræ, diametralem quippe eius radiationem, Luna ipsa progreditur interstitio. 14. fere dierũ, in quibus. 180. zodiaci partes absoluere consueuit. ☽ □ 1. 2

¶ Tertium latus utpote. 270. signiferi gradus peragrat, interuallo. 20. aut. 21. dierum, ita Lunam ipsam ad secundam ipsius tetragonam radiationem dextram gradatim peruenisse apud Genthliacos omnes compertum esse dubitat nemo. 3


¶ Quartum denique latus partium. 360. permeat ☽ spacio dierum. 27. uel circiter, in quibus die. 28. ad pristinum ferme eius ipsius locum progredi incipiet, & ita erunt. 4. dies critici, siue Decretorii, quos Luna sibi uendicat peculiares, non consideratis aliorum Planetarum congressibus, neque mutuis radiationibus. Et hoc est illud quod Enunciato. 60. Claudius Ptholemæus asseruit, inquiens. 4

¶ Super ægrotis, Criticos dies inspice, quando uidelicet Luna ipsa progrederetur

ad suimet □ ☍ □ ☌ peragrationes sibi peculares, iatque proprias, quas absoluere consueuit in supra memoratis diebus. 7. 14. 21. 28. & hos Phisici, corporis humani moderatores, Criticos, siue Decretorios appellant, & ita prodibunt. 4. latera figuræ Sexdecagonæ.

¶ Postmodum, quando Ptholemæus inquit, & Lunæ ☽ peragrationes in angulis figuræ. 16. laterum uoluit inferre, & nobis palam facere, quatenus Medici Astrorum non usquequaque ignari, obseruare debeant. Quando Luna progrederetur ad synodos, & hostiles radios ♄ ♂ ☉ unde. 12. quoque prosilient latera. Quibus. 4 Lunæ peragrationibus adiectis, confestim consurgent. 16. Anguli. Quos si afflictos passim comperies malam crisim, insalubresque dies, pronunciare poteris ægrotanti, sin eosdem angulos, bene affectos, inspexeris, bonam crisim, & salutigeram, diiudicato.

Thema natalis Pauli. III. Pont. Opt. Max.



Ad.	Sinister		Dexter.		Latera.	Dies
☽	□	☍	□	☌	4	7
♄	□	☍	□	☌	8	14
♂	□	☍	□	☌	12	21
☉	□	☍	□	☌	16	28

1 2 3 4

In natalitio Pauli. III. Pont. Max.

aspecta	G. M. ☽	G. M. ☉	G. M. ♄	G. M. ♂	Dies.
☌	16 30 ♉	18 19 ♓	16 0 ♌	23 4 ♉	7
□ 1	16 30 ♌	18 19 ♊	16 0 ♋	23 4 ♌	14
☍	16 30 ♏	18 19 ♍	16 0 ♎	23 4 ♏	21
□ 2.	16 30 ♒	19 19 ♐	16 0 ♑	23 4 ♒	28
anguli.	☽ 4	☉ 8	♄ 12	♂ 16	

	☽	G.	M.			
Initium morbi.	☌ ♄	16	0	♌		
	☌ ☽	16	30	♉	✶	☉
	☌ ♂	23	4	♉	□	☿
	□ ☉	18	19	♊	☌	♃
	□ ♄	16	0	♋	△	☉
	□ ☽	16	30	♌	△	♄
	□ ♂	23	4	♌	✶	♃
	☍ ☉	18	19	♍	□	♃
	☍ ♄	16	0	♎	△	♃
	☍ ☽	16	30	♏	△	☉
	☍ ♂	23	4	♏	□	☿
	□ ☉	18	19	♐	☍	♃
	□ ♄	16	0	♑	□	♄
	□ ☽	16	30	♒	✶	♄
	□ ♂	23	4	♒	☿	△ ♃
	☌ ☉	13	19	♓	☌	☉
	Malefici aspectus				benefici	

¶ Hosce Planetarum congressus, atque radiationes ex natalicio dumtaxat Pauli tertij Pont. Max. schemate excerpsimus. ¶ At si ex Annuæ conuersionis, & figura ægrotantis in morbi exordientis hora consimiles coitus, atque radiationes ordinate, ac sigillatim coaceruaueris, & in ordinem redegeris, proculdubio ęgrotanti singula Criticorum dierum, atque accidentium Apothelesmata singulis quibusque diebus ad amussim diiudicare poteris.

¶ In huiuscemodi denique diebus sigillatim, & ordinate dispositis, si plerique ipsorum, uel pro maiori parte, ibidem salutari Iouis, aut Veneris rore irrigati fuerint, & ęgrorans gradatim incœperit conualescere, optimum profecto decernitur futurę salubritatis inditium. ¶ Sin autem in plurimis illorum dierum periodis anguli fuerint afflicti, siue maleficarum stellarum hostilibus radijs commaculati, æger ma-

lam crisim experietur, pedetentim quippe, & successiue in deteriorem incidet ægrotationem, siue recidiuam, & nulla prorsus erit ægroto spes futuræ conualescentiæ, nisi Seruatoris altissimi clementia illi aspirauerit.

¶ Huius denique. 60. Aphorismi, siue Enunciati misticumsensum inmille propemodum ægrotationibus, Principum, & nobilium amicorum, semper quodamodo uerissimum fuisse experientia comprobauimus.

¶ Sanctissimo igitur Paracleto gratias agamus, ipse namq; mentis meæ tenebras expellere, eamq; celitus irrorare dignatus est.

¶ Vnde, tutus ne sit, an periculosus morbus, cognoscatur.

Ex Cornelio Cel. sol lib. 2. cap. 4.

SIGNA quædam ægrotanti lœthalia dicuntur, vultus neruosus, nasus acutus, oculi conceaui, nisi uigilijs, aut uehementi uentris solutione, aut inedia denique succedant, lucis præterea fuga, lachrymæ partim citra aliquam occasionem externam, partim ab oculis nulla peculiari affectione conceptis, effusæ. Ad hæc. Alter ex oculis nonnunq; altero minor apparet, & quæ in iis alba esse oportebat, rubescunt, pallent, & nigrescũt, sordes'ue innatant, uel angulis inhærent, & per somnia oculorum alba cernuntur, palpebris non commissis, sed diductis, nisi id, uel alui fluxione, uel per multa euacuatione eueniat, dentibus frendere, mentis inopẽ esse, floccos strangulis auellere, & festucas, paleasq; excerpere, perniciosum est.

¶ Attendendus item accurate decubitus, nam suppinum iacere, & tanq; resolutum perq; cubile ad pedes delabi, ac defluere, summæ imbecculitatis est indicium.

¶ Adhuc uero magis exitiosum est, gelidus cum ex naribus, tum ex ore efflans spiritus. Porro pulsus obscurus, densus, quumque intercipitur ipsius sudor, item concisus, & deliquium inducens inter signa periculosa numeratur. Quocirca si uniuersa quæ recensuimus indicia, uel his etiam plurima compareant, siue pauciora quidem, sed peiora, nulla salutari nota comitante mortem præsentissimam portendũt.

Notæ uero salutares.

¶ Expedita spiratio, pulsus inculpatus, mente constare, & bene se ad illa quæ offeruntur, habere, vultus inde, & cubatio bene habentibus, ac sanis, neutiq; dissimiles, neque abhorrentes, salubria, & laudabilia signa dicenda sunt, vno verbo, Quæ rebus naturalibus maxime sunt aliena, & contraria perniciosa. Quæ uero iis amica, & similia salubria, tutaq; existimo.

¶ Imminens morborum crisis qua ratione agnoscenda sit.

Symptoma Crisis.

¶ Grauis omnino, atq; molesta nox, omne decretorium quod interdiu aduentabit semper procedit. Quod uero noctu agetur dies antecedit difficilis, & inquieta. Superueniunt uero casus, siue accidentia, capitis dolor, quam cæphalagiam uocant, qui nunq; antea fuit, ceruicis dolor, precordia quoq; ad superna trahuntur, spirandi item difficultas de repente oboritur, & alia quædam molesta symptomata, quæ ægrum prius nunq; afflixerunt apparent. Quin si iis incidentibus pulsus quoque non concidant, sed in altum magis attollantur, ac uehementiores reddantur. Delirium uero in morbis, non semper lœthale est.

¶ Sputa superflua, subrufa, subspumosa, & tenuia, nihil preter cruditatem denuntiant, nec quispiam insignis præferunt exitij, sed quæ in commixtum flaua, cruenta,

spumosa,

ſpumoſa expuuntur, uitioſa, & pernitioſa cenſentur.

¶ Contemplandus præterea eſt laborantis uultus, & ſiquam eius partem palpitare aut uenas temporum percutere, genas, naſum, oculosq́; ſolito magis rubeſcere, conſpexeris, per ſuperna potius euacuationem expectabis.

¶ Calidi, & urentes morbi, breues ſunt, iudicatorijsq́; diebus libenter decernunt. Clementiores uero, mitioresq́; diuturni ſunt, & magna ex parte finiunt in abſceſſus.

¶ Quando ægrotantibus exhiberi debent purgationes.

¶ Vis purgationis hebetatur, quando Luna fuerit Ioui coniuncta. Ptholeme⁹. 19 Enunciato.

¶ Diminuitur ſiquidem, & abreuiatur tunc medicinalis pharmaci operatio, quũ autem maleficis configuratur, periculoſa.

¶ Quotiens igitur Luna Ioui copulatur, corpora noſtra manifeſtum ſuſcipiunt uigorem, quæ, ubi uegetiora facta fuerint, maioresq́; uires ſuſceperint, uim pharmacorum ſuperant, & medicamenta illa digerunt, Quo fit ut ea noxios humores eijcere, & foras propulſare nequeant, & inde uis purgationis hebetatur, & hebetata (corpore fortiter reluctante) ſuccumbunt, quum humani corporis incrementa ad Iouem referantur, & uita noſtra, calido, humidoq́; potiſſimum conſtet, cuius qualitatis eſt ipſe Iuppiter.

¶ Saturnus autem ob nimiam eius frigiditatem, atque ſiccitatem, corpora noſtra conſtipat, atque conſtringit.

¶ Mars ſua exuſtione ad ſanguinis uſque eductionem concitat.

¶ Luna igitur, quæ in humanis potiſſimum corporibus, humores excitat, neq; Saturno, neque Marti, copuletur, dum ægrotantibus pharmaca exhibentur, quũ hic nimis concitet, ille autem nimis conſtringat.

¶ Quando Luna fuerit in Scorpione ♏ uel ♓ dominusq́; aſcendentis ſtellæ ſub terra conſtitutæ copulabitur, bonum erit purgationibus uti, Si uero copulabitur ſtellæ ſupra terram poſitæ, potionem qui ſumpſerit, euomet, præcipue ſi tũc Luna fuerit in ♈ ♉ ♑ quæ ſigna dicuntur ruminantia. Ptholeme⁹. 21 Enunciato.

¶ Quippe φ ſi ſtella quæpiam horoſcopi Regina coniungeretur ſtellæ erraticæ, quæ ſuperiore feratur cœlo excitata nauſea perturbabitur ſtomachus, quem concitatum, atque commotum ſubſequens uomitus, purgationem ipſam impediet. Tales ſiquidem effectus, talesq́; actiones, ſiue paſſiones prodeunt, quales luminaria, cæteriq́; Planetæ erratici moliuntur.

¶ Ego dico tibi, φ ſi dederis medicinam pro melancholia purganda, φ Luna ſit applicans Ioui, aut Veneri aſpectu amico utpote ⚹ uel △ non autem in coitu, præſertim cum Ioue. Abenragel per ticula. 7 cap. 47

¶ Purgatorium accipere Luna peragrante ſub ſigno ♏ uel ♓ laudabile erit, ſi medicina fuerit potio melior eſt ♏: ſi n electuariũ melior eſt ♋: ſi pilulę melior eſt ♓

¶ Meliora ſigna in accipiendis laxatiuis, & purgatorijs, ſunt Aquatica ♋ ♏ ♓ ſed horum melius eſt ♏: deterius uero ♋ exiſtimatur. Almanſor. 24. Aphoriſ.

¶ Licet enim Cancer ſit Lunæ domicilium, & Iouis altitudo, ſitque humidum ſignum, citandis tamen deorſum humoribus non eſt adeo aptus, ſiquidem ius purgationis, aliquantulum hebetatur, eique præeſt corporis parte quæ uomitum po- LVC. GAVR.

tius moueat. ¶ Prætermittitur autem (ut ſupra dictum eſt) ♋ Cancer, quoniam pectori præeſt, non autem partibus interioribus, ueluti ♏: & ♓. Quocirca ☽ ſub Cancri ſigno peragrante, uomitus ſæpenumero excitatur. Quando igitur pharmatiæ exhibentur ægrotantibus, Aduertendum erit, ꝙ horoſcopi dominus copuletur Planetæ ſub terris inferiori uidelicet hemiſpherio collocato, quatenus duplicatis uiribus noxiæ ſordes, & excrementa deorſum trudantur. Si uero horoſcopi Ecodeſpotes coniungeretur ſtellæ, quæ (ut diximus) Cœlo ſuperiore feratur, excitata demum nauſea, ſequetur uomitus, & purgationem impediet.

¶ Horoſcopi præterea dominus, ſi fuerit alligatus Planetæ culminanti, & præcipue retrogrado, nauſeam imprimis, poſtremo uomitionem ingeret. Signa item ruminantia ♈ ♉ ♑ pro uomitu idonea cenſentur, mala autem pro pharmatijs ſumendis, nihilominus in uomitu maximopere laudantur, præſertim ſi ☽ fuerit minuta luminibus, dummodo malefici ſint, cadentes, & non iaculentur, Lunam ☽ hoſtilibus radijs, neq; ſit □ uel ☍ Solis intuitu ſauciata, præſertim in ♈ ſupputata.

¶ In ſolutione inſuper uentris, ſeu laxatione alui, horoſcopi dominus non applicet corporaliter, uel per hoſtiles radios domino culminantis cœli, aut ſupra terram ſupputato, neque ☽ ſit in ſigno ruminante, ſurſum namq; mouebitur medicina, & confeſtim æger illam euomere cogetur.

¶ In exhibendis igitur pharmatijs ☽ non copuletur Saturno, neque Marti, neque ſit maleficis, hoſtilibusq; ipſorum, Solisq; radijs ſauciata.

¶ Luminaria in ☌ □ ☍ ♄ retrocedentis, denotat, quatenus æger in recidiuam incidet anteq; Saturnus fiat directus, uel Luna ab ipſo repedante eminus remoueat.

¶ Luna etiam alligata Planetæ retrogrado decernit nullatenus fore idoneum purgationibus uti, inferret ſiquidem ægrotanti aliquam læſionem, uel uomitum prouocaret, nihilotamen minus euacuare per uomitum prodeſſet, dummodo non ſit in ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉

¶ Quando propinari neceſſum fuerit ægrotantibus medicinam laxatiuā non ſit ☽ in ♌: neque Leo ſit in horoſcopo, ni uolet ægrotus nauſeam deguſtare, dein pharmacum euomere.

Arnoldus. ¶ Medici noſtri temporis, in pytuitoſis, & melancholicis, omni die aluum fore minuendum, autumant, immo hora etiam interlunij, ac plenilunij.

¶ Purgari poterunt cholera, & phlegma ☽ exiſtente in ✱ △ ♃ ♀ ☉ ſub ◇ — ♋ Electuario. — ♏ Potione. — ♓ Pilulis.

¶ Luna in ✱ △ ◇ — ♃ Melancholia — ♀ Cholera — ☉ Phlegma. ◇ purgantur.

¶ Luna in — ♊ ♒ Trifera, Medicina confortatiua. — ♎ ♏ Enematis, ſeu cliſterijs.

¶ Citaturus aluum per — Seceſſum ☽ — ♏ Liquidis, inteſtina ſoluit. — ♓ Laxatiuis, uentrem purgat. — Superiora ♋ Medijs, ſtomachum purgat.

¶ In purgationibus laudatur Luna applicans Veneri magis q̄; Ioui.

Qua

¶ Quanta temporis intercapedine ægritudo continuabitur ad interitum, uel conualescentiam.

TEmpus exitij adueniet ægrotanti quandocunq; Lunæ, uel horoscopi dominus copulabitur domino.7.uel.8.aut quando perniciosa quapiam radiatione adinuicem configurabuntur. Tempus autem conualescentiæ, pedetentim regredietur, quando horoscopi, & Lunæ ecodespotes, uel alterutrius peruenerit ad coitum, uel salutares Iouias, aut Venereas radiationes, aut in eorum domicilijs, altitudine, uel finibus, directo, ac celeri cursu, gradatim remoueatur, a domino domus exitij, utpote.7.uel.8.

¶ Luna item horoscopus, & dominus.7.uel.8.in imo Cœli, uel.7.cœlorum hospicio male affecti, ægroto pernitiem afferent. Quando hospitator octauæ peruenerit ad ipsum horoscopantem gradum, hora initiantis morbi, uel quando horoscopi ecodespotes applicuerit ad partem illam, sub qua hospitator.7.uel.8.dom⁹ progrediebatur, aut ad eandem retrocedebat.

¶ Si horoscopi, uel Lunæ hospitator, aut utriusq; fuerit partiliter, aut saltem per dimidium sui orbis complicatus domino.7.uel.8.æger interibit, quando domin⁹ 8.peruenerit ad horoscopum, & præcipue adilluminet gradum, qui in principio ægritudinis supra oriẽtis cardinem emergebat, præsertim si.7.uel.8.domus, Atla (quem Arabes Almutez uocitant) fuerit cardinaliter supputatus, horoscopi autem dominus in epycataphoris cardinum, hoc est, domicilijs cadentibus potissimum sextæ, uel.12.male affectus.

¶ In principio morbi, si malefica quæpiam stella, præcipue ♄ cum ☽ progrediatur, aut retrocedat, seu stationarius reperiatur sub ☊ Asterismo, ægrotans in graui molestia uitam deget, Quousq; ☽ applicuerit ad synodum, uel quadrangularẽ aut diametralem illius radiationem, quippe qui tunc æger ille diem suum claudet extremum, si beneficæ, salutaresq; stellæ ibi nullum porrexerint patrocinium.

¶ In quibuscunque etiam diebus, malefica quæpiam stella, horoscopum hostiliter percusserit, aut luminaria infecerit, præcipue si in finibus maleficarum stellarum reperiantur, ægrotãs in magno uitæ periculo uersabitur, et malam crisim experietur.

¶ Quot denique gradus interiecti fuerint a parte, seu gradu horoscopi, siue luminarium, usque ad ☌ □ ☍ radiationes ☉ Solis, & maleficæ cuiuspiam stellæ. Totidem ferme diebus, æger ille misellus aduersa ualetudine conflictabitur, dummodo nullus beneficarum stellarum intuitus intercesserit.

¶ Erit denique (nisi summa Dei Altissimi clementia aspirauerit) mors expectanda illo Anno, Mense, ac die, in quibus natalicij schematis horoscopus, & luminaria, & potissimum totius genituræ Atla, siue Apheta, per directiones ipsas peruenerint ad synodum, siue pernitiosas maleficarum stellarum radiationes, præsertim si stellæ salutares nullum ibi porrexerint patrocinium, & Annuæ conuersionis thema fuerit commaculatum. Conclusio.

¶ Diem, & horam futuræ crisis perscrutari.

INspice, quot gradus, & minuta interiecti sint a loco ☽ siue gradu horoscopi, usque ad congressum, uel hostiles malignantium stellarum radiationes, & pro

quibuslibet. 13. gradibus dijudicato, ægrotanti unius diei intersticio aliquid mali accessurum, aut futuræ salutis indicium, si interijecerint radij totidem beneficarum ita ꝙ quilibet gradus decernit horas. 2. uel præcisius horam unam, cum. 50. scrupulis, uti ex sequenti elicitur.

¶ Vel aliter sic: Gradus eosdem interijectos notato seorsum, & si illos in loco ☽ comperies præcise supranotatis gradibus, & minutis correspondentes e regione diei, apud Ephemondas, crisis illa circa meridiem celebrabitur, sin autem fuerint plures gradibus, atque scrupulis ☽ in ephemeridibus, siue diario Planetarum supputatis, uaticinari poteris crisim futuram, pro quolibet gradu horis duabus fere post meridiem, uel hora. 1. minu. 50. totidem uero ante si fuerint pauciores.

Tabella

G.	H.	M.
1	1	50
2	3	40
3	5	30
4	7	20
5	9	10
6	11	0
7	12	50
8	14	40
9	16	30
10	18	20
11	20	10
12	22	0
13	23	50

¶ Nunquid æger uicturus, an interiturus sit.

¶ Iuxta regulam Hermetis Trismegisti.

¶ Laterculus prognoseos traditus, Necesso, & Petosiri Egyptijs Regibus.

A Caniculæ exortu, utpote hac nostra tempestate. 1545. ab. 13. Iulij, ad diem usque ægrotationis propositam inclusiue singuli dies integræ numerentur. Tum deinde a tota cōgerie illa. 36. tam multis uicibus eximantur (si necessum fuerit) hoc est, q̄ multis ab eo numero elidi possunt, & residui occurrentem ei e regione literā notato, ipsa enim exēpli gratia, Si fuerit. M. mortem significat. Sin, V. uitam indicat. Si uero E. ægrotationem longam, anxietatē, & laborem obnūtiat. Duplex deniq; litera ancipitem, & dubiam rem portendit.

Dies.	Liræ.	Die	Literæ.
1	M	19	E
2	V	20	M
3	E	21	V
4	V	22	E. M
5	E	23	V
6	M	24	M
7	M	25	M
8	E	26	V
9	V	27	V
10	M	28	M
11	V	29	E
12	V	30	M
13	M	31	E
14	V	31	M
15	E	33	V
16	V	34	E
17	V	35	V
18	M	36	V

V vitam.
E ægritudinem.
M mortem.
E. M. ancipitem.

¶ An æger sit interiturus, ex Guidone Aretino, & aliorũ medicorũ obseruationibꝰ.

¶ Si uis inuestigare uitam, uel mortem ægrotantis, cape eius urinam, & lac mulieris Masculum lactantis, & simul commisce, & si se inuicem copulauerint, uiuet, si uero non morietur. ¶ Item. Vrina infirmi infundatur sup a urticam, quę si die sequenti fuerit uiridis, uiuet, si non, interibit.


¶ De lardo inunguntur pedes ægroti, a calcaneo usq; ad pollicem, dein illud projiciatur cani, & si commiderit, & non retinuerit, sed euomet, morietur. Sin collegerit, & non reijcerit, uiuet.

¶ Si infirmus dormire non poterit, succum Mentæ, & Iusquiami, simul mixtum, alligato fronti illius ægroti, & si dormierit, uiuet, si uero non, interibit.

¶ Ex Nicolao Florentino Medico. 5. dinanudiarum, si quispiam ægrotare cœperit in istis diebus, Mensis Lunaris, quid ei Fata portendant.

Dies.	
1	Timendum erit de uita ipsius usq; ad dies. 14. 21. 28. dein euadet.
2	Timenda est, 14. dies tandem euadet, licet diu sit perpessurus ægritudinem.
3	Sine magna molestia propediem liberabitur.
4	Grauiter laborabit usque ad. 21, quam si euaserit, sanus fiet.
5	Aegrotabit grauiter, sed tandem liberabitur.
6	Etsi torqueri uideatur, tamen die. 5. alterius mensis, liberabitur.
7	Absq; graui molestia liberabitur incolumis.
8	Si non sanabitur usque ad. 12. uel. 14. diem, morietur.
9	Cum summa molestia tandem euadet.
10	Procul dubio morietur, nisi Dei clementia ei aspirauerit.
11	Liberabitur in proximo.
12	Nisi liberabitur infra. 15. dies, morietur.
13	Vsque ad. 18. infirmabitur, quem si euaserit, non morietur.
14	Stabit æger usq; ad. 15. dies, & euadet.
15	Nisi infra dies. 4. conualuerit, morietur.
16	Licet per dies. 28. molestetur, tamen sanabitur.
17	Aegrotabit usque ad. 18. dies, & conualescet.
18	Cito liberabitur, & sanus fiet.
19	Cito sanabitur duce bono regimene.
20	Per. 5. dies ægrotabit tamen in die. 6. uel. 7. sequenti morietur.
21	Si non interibit infra. 10. dies alterius mensis, liberabitur.
22	Licet. 10. diebus sit ægrotaturus, tamen liberabibur.
23	Quamuis sit cum molestia, altero tamen mense, euadet.
24	Si in. 22. diebus non liberabitur, sequenti mense morietur.
25	Licet aliquantulum confligetur, tandem liberabitur.
26	Licet ad exitium usque torqueatur, altero mense sanabitur.
27	Non morietur, licet fata ei minitentur.
28	Morierur die. 20. uel ante.
29	Paulatim conualescet, in altero mense liberabitur.
30	Dubium est nunquid liberari debeat.
31	Vtrum euadere debeat, ignoratur.

HYPPOCRATIS LIBELLVS DE SOMNIIS AEGROTANTIVM.



Domicilio suo in cerebro, & corde que sunt primarie sedes ani me.

VAE per somnia conijci possunt, si quis nota habeat, magnum ad omnia sane momentum ea conferre intelliget. Cum corpus quiescit, anima mouetur, atq; egrediens e corporis partibus suo domicilio continetur, ibi omnibus illius fungitur officijs. Corpus enim somno captum nihil sentit. At ipsa uigilans cognoscit, uidenda uidet, audienda audit, uadit, tangit, mœret, temporis momento ratiocinatur ibiq; in somnis, tum sua, tum corporis obit munera omnia.

Apotheles ma.4.

¶ Diurnas actiones si in noctem transmittat cogitatio, reddatq; in somnis ea, quæ interdiu honesto in negotio, aut opera, aut consilio patrata sunt, id homini bonum est, sanitatem enim significat, propterea q anima diurnis in consilijs perstat, neque repletione, neque inanitate uicta, alia'ue re quapiam, quæ extrinsecus euenire solet.

¶ At cũ diurnis functionibus somnia aduersantur, ut inter ipsa non cõueniat, indicat corporis perturbatio, itaq; ex forti forte malũ portenditur, ex debili imbecillum

8 ¶ Solem, & Lunam, ac Cœlum, tum sydera ipsa pura, suo quæq; modo, motuque agitantia, si quis per quietem cernat, pro bono habebit, ualetudinem namq;, eiusq; causas commodas indicant, cæterum præsenti uictus ratione habitudo illa seruanda erit. At siquid contra euenerit morbum quempiam, corpori minatur, ac ualidũ quidem a fortibus indicijs, ab leuioribus debiliorem.

9 ¶ Ac sydera quidem in ipso mouentur ambitu, Sol medium obtinet, Luna in concauo Cœlorum est.

10 ¶ Siquid horũ syderum extingui, ledi'ue, aut aboleri, uel ab orbita sibi attributa, abfistere uideris, eadem quoque parte morbum occupaturum iudicato.

11 ¶ Si ab Aere, aut nube, sydera horum quidpiam pati uideantur, signum debilius est: sin ab aqua, aut grandine fortius, indicat enim in corporis intima humidum, ac pituitosum illapsum, excrementum.

12 ¶ Quod si horum quidpiam Lunæ acciderit, commodius introrsum retrahimus, acribus, ac salsis, mollibusq; cibis, uomitus ciendus erit.

13 ¶ Si Sol harum rerũ ulla afficiatur, uehementius malum hoc, curatuq; difficili^s sit. Oportet utriq; uersum distrahere cursibus, & rectis, & flexuosis item deambulationibus, alijsq; omnium generum laboribus.

Sine udo sereno

¶ Sudo cœlo sydera si premi, præq; siccitate imbecilla superare ambitum nequire

14 uideantur periculum a morbo imminet. ¶ Igitur laboribus temperare, humidioreq; uictu, atq; molliore, uti operepretium est.

15 ¶ Sin igneũ, calidũq; appareat id, quod oppugnat illa, flauę bilis arguit exuberãtiã

16 ¶ Quod si uicta euanescere uideantur, timendum est, ne morte morbus finiatur.

17 ¶ Si autem uegeta ipsa, at aduersarius in fugam uerti uideatur, eaq; fuga cita sit, illa uero prosequantur in discrimen homo est, nisi caueat ne mente moueatur.

18 ¶ Si stellæ nullo impellente per se ipsæ palantes uideantur, animæ perturbationem ꝑpter curas indicant. id est, uagari, siue nullo impulsu, sed suapte agitatione.

¶ Ergo Animi remiſſione opus eſt,atq; appulſione ad iocoſa ſpectacula, ſaltem bi
duo,triduo'ue,itaque aut ſedabitur,aut in morbum incidet.

¶ Quæ ſydera ex orbita ſua excidere uidebũtur,ea ſi pura,ſi illuſtria prorſum pro 19
mouerit,bonæ ualetudinis argumentum præbent.

¶ Quod ſi aut atra,aut obſcura fuerint,& in occidentem delata, aut ad mare, aut 20
ad terram deuergant,aut ferantur ſurſum,morbum portendunt efficatius, quæ ſur
ſum nituntur, capitis indicant diſtillationes, quæ ad mare demittuntur, puſtulas
in carnem deſignare erupturas.

¶ Horum ſiquid in cœlo inſidere,idq; purum, humidumq; apparebit, ſanitatis no 21
ta eſt, etenim cœlitus id in homines deſcendit, quippe anima tale cernit, quale in
ipſam ingreſſum eſt.

¶ Quod uero atrum,atq; impurum,obſcurumq; fuerit,morbum minitatur,quanq; 22
non ab repletione, aut inanitione, ſed ab eo quod extrinſecus ingruerit.

¶ Cum ab Deo accipere quippiam, ſomniamus, argumentum eſt probum bonæ 23
ualetudinis,oſtendit enim quod in corpus ſeſe induit,purum eſſe.

¶ Contrarium autem,malum,inſinuaſſe namq; ſeſe in corpus morbum oſtendit. 24

¶ Mollis pluuia, clementi cœlo, minuta roratione,ſine hyberno impetu, bona eſt 25
ex aere namq; ſpiritum moderatum,purumq; ſubiſſe demonſtrat.

¶ Huic aduerſi imbres, largi ſcilicet,hyemales, ac procelloſi,cum aqua ſordida, ab 26
inſinuato ſpiritu morbum prætexunt. Modico cibatu ales omnes hos.

¶ Quæ uero in terris functiones exercentur, eæ quoq; ad ualetudinem conferunt 28
dignoſcendam,ut acute uidere,audire,firme ambulare,inoffenſe, ac ſine metu cur-
rere,terram quoque intueri ſolutam,beneque cultam,Arbores germinantes, fructu
grauidas,ac mites amnes temperato labentes curſu, aqua lympida, ac quanta ſatis
ſit.Item fonteſq;,puteiq;, ualetudinem bonam nuntiant ſomnianti, eiuſque corpus
pro ſuo modo,& digerere,& admittere,& excernere.

¶ Contra,diuerſa ab iis noxam prædicunt,ſi uiſus,ſi auditus impediri uideatur, ca 29
put ægrum indicant.

¶ Steriles arbores, humani ſeminis declarant corruptionem, ſi frondes cadere ui- 30
deantur ab humidis, ac frigidis impendet detrimentum, ſin frondoſæ ſint, & fru-
ctu careant,a calidis,& ſiccis.Ibi igitur uictus ſiccus,calidusque eſto,hic frigidus,&
humidus.

¶ Fluminum mutata facies,ſanguinis motum repreſentat,plus iuſto tumidi ſi fluãt 31
exceſſum,ſi minores, defectum agnoſcas, largiore uictu hic opus eſt, illis parciore,
turbulenti perturbationes ſignant. Reſtituetur puritas curſu,ac deambulatione.

¶ Fontium,puteorumq; uiſiones,flatibus affectam ueſſicam declarant. Quamobrẽ 32
urina cienda erit,ut educantur.

¶ Mare fluctuabundum,uentris morbos nunciat,qui lenibus,mollibusq; deiectio- 33
nibus ſunt tollendi.

¶ Terra,aut domicilium, ſi moueri uideantur,homini ſano langorem portendũt, 34
ægrotanti ſanitatem,atque præſentis ſtatus mutationem,ſanus ſuæ conſulet uale-
tudini, ſi uictum alium præſcribat ſibi: primum uomat, deinde pauxillo cibo refi-
ciat ſe. Totum namque corpus principiorum mouetur ratione. Aeger autem ni-
hil mutabit,mutatur enim ipſe tunc,ex eo in quo eſt.

35 ¶ Maris, aliarum'ue aquarum diluuio terra obruta, morbum significat, multus quippe humor in corpore est.

36 ¶ Neq; uero illud bono est, atram terram, atque exustam cernere: uehementis enim lœthalisq; mali appulsu tentatum iri, quippe arriditas in carne multa indicatur.

37 ¶ In lacu, Mari'ue, aut fluuio, si quis se somniet urinare, malũ est, exuberantia nãq; humoris indicatur, tenuis uictus, atque laboribus exercitatus, huic utilis est. Quod si hoc accidat febrienti, bonum est, extinguitur enim ab humore calor.

38 ¶ Eorum quæ ad sese, suamq; naturam pertinent, sicui quid in somnis uideatur, eius esse modi, uti neque maius, neq; minus sit, bonæ ualetudinis monstratio est.

39 ¶ Candida ueste, pulchrisq; indutus calciamẽtis, bene sentire debet de sua sanitate.

40 ¶ Membrorum modus alius atq; a natura constitutus, nihil boni pollicetur, peius uero est, si minore sit quantitate, q̃; si maiore.

41 ¶ Atræ species ad ægritudinem præmonstrandam propensiores, maius discrimen obnuntiant, mollibus ergo, humidisq;, bona ualetudo constituenda erit.

42 ¶ Omnia item noua significant mutationem.

43 ¶ Vita functos nitidos, atque candidatos, siquis uiderit, bonæ ualetudinis argumentum habet: si quid puri ab his acceperis, ratio par, Sanum namque corpus dicitur, sanaq; alimenta, a mortuis enim alimenta: & argumenta, ac semina ipsa suppeditantur, quæ si pura in corpus subeunt, edicunt sanitatem.

44 ¶ Eosdem cõtrario habitu si uideas nudos, aut atratos, aut sordidatos, aut aliquid capientes, aut auferentes ex ædibus, minime commodum est, instat enim morbus, ea namq; quibus alitur corpus noxia sunt, deambulatu curantur, mollique cibo, leui postq; uomerint.

45 ¶ Cum monstrosa corpora in somnis ostendunt sese, atque homines territant, tum conijcimus, insuetis cibis, atq; exuberantibus grauatos nos esse, bilem quoq;, & morbum periculosum, imitantur, itaque uomitum prouocato.

46 ¶ Inter dormiendum qui putat, sese, aut cibum, aut potum solitum, capere, is intelliget, & minus capere nutrimenti, q̃; par sit, & animo esse tristiore.

47 ¶ Canes ualidissimæ, maximum excessum significant, tenerrimæ minorem, earum nãq; ratio par opẽ his demere, de cibo ꝓpterea q; plurimi alimenti argumentũ est.

48 ¶ Aquæ puræ potus, bonus est, cætera omnia noxia, præcipue uinum.

49 ¶ Quibus, assueuimus, ea per quietem intuendo, animę declaramus cupiditatem.

50 ¶ Cum quid præ terrore fugitamus, præ siccitate sanguis in nobis tumulatur, refrigerare igitur, atque humectare corpus conuenit.

51 ¶ Cum pugnam committere, atque extimulari, aut uinciri, uidemur, tunc aliquid superfluum corporis functionibus aduersari, depræhendimus: Tollit id uomitus, deambulatio, leuioribus cibis attenuatio, quos post uomitum dies. 5. continuabis.

52 ¶ Siquis errabundus, siquis cliuos sibi superare uideatur, difficile quippiam naturæ suæ incommodare intelliget.

53 ¶ Fluuiorum transitus, hostes armati, monstra difformia, aut morbi, aut furoris, præsagia sunt. Per transitum fluuiorum, morbum denotat.

Prologus.

¶ Hæc est uiuendi ratio, quæ pro humano captu (Dijs bene iuuantibus) a nobis est instituta.

De Phlobotomia.

NON erit bona sanguinis minutio, Luna ☽ existente in Geminis ♊: præsertim e brachijs, aut manibus: sicuti nec erit conueniens uti uentosis, Luna existente in ♉ Tauro, præcipue in horoscopo. Almansor. 23. Aphoris.

LVC. GAVR.

¶ Non est igitur salutigerum, ægrotanti aperire uenas e brachijs, neque manibus, Luna ☽ sub ♊ peragrante, præsertim ab. 22. gradu, ad calcem eiusdem, quum sint Saturni, & Martis finibus deputati.

Brachia sub Geminis debentur, pectora Cancro,
E manibus ueluti uenas aperire nocebit,
Sic quoque uentosas apponere clunibus obstat,
Noctiparem donec peragrarit Cynthia Libram.

¶ Non sit itaque Luna in Geminis, aut Libra, posset enim phlobotomator percutere uenam pluries, eritque necessum alia uice rursus ægrotantem phlobotomari ad modicum tempus.

Ptholem. 20 Enunciato.

¶ Membrum ferro ne percutito, quum Luna signum tenuerit, quod membro illi dominatur.

¶ In hoc. 20. Aphorismo Claudius Ptholemæus edocet, in feriendis, cedendisq; scabello uenæ tuberculis cauendum fore, ne ☽ id coeli astrum permeet, cui membrum illud feriendum sit attributum, etenim quum ☽ totum hominis corpus humectet, id tamen membrorum humoribus affluentius implet quod illi signo subijcit, per quod tunc ipsa progreditur, ex cuius nimia humectatione magnum illi membro impedimentum afferatur, si ferro tūc sectum fuerit.

¶ In ♋ ♓ ☌ ✱ △ ♃ ♀ optima est flobotomia. Vtile igitur erit ægrotāti aperire uenam, Luna peragrante sub ♋ ♓ præsertim in ☌ ✱ △ ♃ ♀ Nec obest si Luna fuerit in ✱ uel △ ☉ ♂

	¶ Attribuitur.
♈	Caput, facies.
♉	Collum, ceruix.
♊	Humeri, brachia.
♋	Pectus.
♌	Latera, stomachus.
♍	Venter.
♎	Renes, vertebre.
♏	Pudibunda.
♐	Coxæ.
♑	Genua.
♒	Crura, tibiæ.
♓	Pedes.

¶ Luna in Geminis, & secunda chelarum medietate, uel prima ♏ Scorpij malā portendit phlobotomiam.

¶ Luna etiam sub eodem Scorpionis asterismo permeans exitiosum decernit euētum, si fieret incisio aliqua circa uessicam, & partes obscenas.

¶ Si aperiretur uena, Luna sub ♌ Leonis signo perambulante, presertim in primis. 6. gradibus, qui finibus falciferi deputantur. Aut. 5. ultimis qui Martis ægrotanti uitæ periculum decerneret, quippe qui Leonis ♌ Astrum precordijs dominatur, e cuius fonte omnes uenæ oriuntur. Immo ☽ in ♌ si fieret uomitus obesset potius q̃ prodesset.

¶ Exhibere pharmacum, uel phlobotomari quando ☽ progrederetur ad ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉ ☋ per. 12. gradus ante, & totidem post, ægroto pernitiosum foret.

¶ Non est igitur aperienda uena quando ☽ applicuerit ♂ per ☌ □ ☍ intuitum ne mirum in modum percutiatur, & uulneretur, & sanguinis effluat multitudo. Neque iisdem radiationibus applicet Saturno posset quippe sanguis congelari, et non emanare, & phlobotomator perplexus, atque attonitus fieret in huiuscemodi

ſuo magiſterio, Idem accidere poſſet ſi aperire cõtigerit uenam hora Saturni.

¶ Item ſi fieret phlobotomia Luna applicante Saturno prouocaretur ægrotanti melancholica poſt ſanguinis minutionem, Si applicaret Marti cholera, ſi Luna ☽ foret curſu uacua excitaretur phlegma.

¶ Euitanda denique eſt phlobotomia antequam ☽ progrediatur ad ☉ ♄ ♂ coitum horarum .24. interſtitio, quando enim ☽ protius lumine caret, ualde exiccat humores qui uigent in corporibus humanis.

¶ In Phlobotomandis ægrotantibus, atque pharmatijs exhibendis horoſcopi dominus non commiſceatur ☽ neque ſtellis maleficis. Immo collocandi nonſunt in aliquo .4. cardinum cœli præcipue in ortiuo aut occiduo, ſed in 2.3.5.9.11.

¶ Aeſtate, & Hyeme prohibetur phlobotomia, niſi in modica quantitate, immo moleſtæ, & noxiæ ſunt pharmatiæ, præſertim cum Canicula latrat.

¶ Vere igitur, & Autumno, aperire uenas idoneum erit preſertim menſe Martio ad ſecundam uſque Maij hebdomadam, & ab calendis Septembris ad ſecundam hebdomadam Nouembris uel circiter.

¶ Phlobotomia item fieri debet in die clara, & ſerena, & poſt egeſtionem, & excrementorum emiſſionem.

¶ Tempore autem peſtis etiam ſanis, & epydimia infectis, quinetiam laborantibus pleureſi, apoplexi, & ſquinantia neceſſum erit confeſtim aperire uenam, ne fiat periculum in mora.

¶ Bubones, glandulæ nodi, ulcera, & apoſtemata reſoluuntur ſtercore uaccino recenti ſi in primis .2.3. diebus ſuperponatur.

¶ Oleum Roſaceum, & uinum merum, præcipue Græcum, aut Maluaticum, frigidiora calefaciunt, refrigerant calidiora.

cum

☽ — ☌ ⚹ △ ♃ ♀ ☿ vtilis eſt ſanguini minuendo.
☽ — ⚹ △ ☉ Electa, & fœlix erit phlobotomia.
☽ — ⚹ △ ♂ ♄ Non obeſt.
☽ — □ ☍ ♃ ♀ Vtilis, & ſalubris.
☽ — ☌ □ ☍ ♄ ♂ ☉ ☋ Noxia per horas, 12. ante, & poſt.

In.

♈ Apta, & idonea erit inciſio uenæ.
♉ Inutilis ſanguini fundendo.
♊ Obeſt ægrotanti flobotomia.
♋ Indifferens, tamen potius bona.
♌ Periculoſum eſt aperire uenam.
♍ Indifferens, ſed noxia potius.
♎ Vtili in prima eius medietate tantum.
♏ In prima medietate prohibetur apertio uenę.
♐ Vtilis pro uenarum inciſione.
♑ Noxia potius phlobotomia.
♒ potius utilis inciſioni uenæ, q̃ infauſta
♓ Non inutilis flobotomia, & mediocris.

In	prodest phobotomia	preter uenas.
☽	phlegmaticis.	capitis, & cephalicam.
	cholericis.	pectoris, pulmonis.
1. medie.	melancholicis	clunes, seu nates.
2. medie.	cholericis.	inguina, & pudibunda.
	phlegmaticis.	suras, coxas.
	melancholicis	crura inferiora, tybias.
	cholericis.	pedes, talos, saphenam.

Phlegmaticis.
Melancholicis.
Cholericis.
Sanguineis.

Ab	Ad	prodest	qualitas.			
☽ ☌	□ 1	Iuuenibus.	humida.	Veris.	Aeris.	1
□ 1	☍	Iuuenib⁹, & viris.	calida.	Aestatis.	Ignis.	2
☍	□ 2	Viris, & senibus.	sicca.	Autũni.	Terræ.	3
□ 2	☌ 2	Senioribus tñ.	frigida.	Hyemis.	Aquæ.	4

Ab	Ad	Dies.	excitatur.	possunt phlobotomari.	Annis. Ab	Ad
☽ ☌	□ 1.	7	sanguis.	pueri, adolescentes.	15	24
□ 1	☍	14	cholera.	adolescentes, Iuuenes.	25	42
☍	□ 2.	21	melãcolia.	viri, & senes.	43	57
□ 2	☌ 2	28	phlegma.	senes tantum.	58	62

¶ Venæ brachiorum ante prandium sunt minuendæ.

¶ Omnes uenæ capitis aperiri debent post prandia, peracta tñ prima digestione.

¶ Sanguis emissus ex uena in medio frontis locata conducit contra oculorum impedimenta, obtalmiam apostemata, capitisq; dolores, siue emicraneam, phrenesim, mentis alienationem, & fatuitatem, siue insaniam, quæ posset alleuiari, si pertunderetur eadem uena. Quemadmodum cecinit Iuuenalis sic.

Queritur o Medici mediam pertundite uenam,

¶ Purgat recentem lepram, tollit scabiem, impetigines, morpheam, & emorroides, mitescere consueuit.

¶ Duæ uenæ in temporibus, ex utraque parte curant etiam emicraneam, uehementemque capitis dolorem, pustulas, & scabiem.

¶ Venæ iuxta nares purgant caput, & iuuant auditum, remouent quippe tinnitum aurium.

¶ Duæ uenæ in occipiti conducunt contra capitis dolorem, maniam, stuporem mentis, & cerebri, rationisq; ammissionem.

¶ Duæ uenæ sanguineę sub lingua apertæ propulsant anginam, qua fauces cogũ

tur, & strangulantur, Latini squinantiam uocitant, sedant quoq; reuma capitis, dolores dentiu, gingiuarũ, gulæ inflationem, & omnia gutturis apostemata recentia.
¶ Duæ uenæ intra imum labium, & mentum inciduntur contra oris fœtorem, q ex putrefactione generatur.
¶ Quæ sub mento est uena secari debet contra dolores maxillarum, pruritum, & fœtorem narium, atque faciei pustulas, siue tumefactionem.
¶ Mediana, quæ & cordiaca uocatur, quia a cordis angustia, & malis liberat, ex utroque brachio aperta tollit Asmam, seu stricturas, & dolores pectoris, & capitis, puncturas quoque costarum, siue pleuresim curat.
¶ Basilica, siue epatica dextri lateris, euacuat a latere pleuresim, sanguinem e naribus effluentem, sedat, & dolorem gibbi.
¶ Sanguis extractus de saluatella dextrę manus minoris digiti, prodest contra ictericiam citrinam, & torsiones, siue cruciatus pernitiosos dextri lateris.
Saluatella. ¶ Saluatella sinistræ manus supra minorem digitum aperta, purgat uicia, & repletionem splenis, phrenesim, torsiones sinistri lateris, uicia renum, & hemorroidas, immo ut inquiunt.

Non naturalem tollit de corde dolorem,
Purgat epar, splenem, pectus, precordia, uocem.

¶ Sanguis ille ex superiore uena priapi extractus, ualet pro totius corporis temperamento.
¶ Vena utriusq; pedis digito minori incumbens, aperta medetur choleræ, paralixi apoplexiæ, renibus.
¶ Vena utriusque pedis in articulo minoris digiti, aperitur contra pustulas, obtalmiam, tussim molestam, & pectoris compressionem.
¶ Vena digiti maioris, siue Pollicis in utroq; pede aperta, tollit Apostemata testiculorum, & coxarum dolores, & suffocationem matricis in mulieribus.

TRACTATVS VNDECIMVS. DE DIEBVS CANICVLARIBVS, HYPPOCRATES PARTICVLA QVARTA, APHORISMO QVINTO, INQVIT.

SVB Cane, & ante Canem, molestæ sunt purgationes,
¶ Ἀφορισμὸς Aphorismus Græce, Latine seperatio diceretur.
¶ Galenus autem, Medicorum facile princeps, grandem sententiam, breui oratione compheusam, exposuit, alij Enuntiatum, seu Axioma, interpretari nõ dubitarēt.
¶ Canis maioris Astrum, præ cæteris (quæ in illo sunt) stellis, duas habet in pectore claras, in dextro pede claram unam, in capite alteram quoque splendidam, quæ Isis nuncupatur a Poetis. In ore autem, seu lingua, aliam, satis profecto magnam, primæ maiestatis, atque luminis, quæ uocatur Canis non procul a summa Cœlorum abside locata, Arabice Alhabor dicta, Quam nõnulli Astericyon dixere. Iouis, & Martis

& Martis naturam imitata, & est subrussa, inquit Ptholemaeus. 8. magnae constructionis libro. quem Almagestum, siue magnum Astronomum, uocitant.

¶ Claudius Ptholemaeus Alexandrinus, Astronomorum omnium facile princeps, Memoriae prodidit, & sic in scriptis reliquit. Loca stellarum secundum longitudinem in principio Imperij Antonini, obseruando collegimus: Auctor idem eminentissimus floruit, uertente Anno Christianae Lyturgiae. 1 3 2. Inditione. 1 5. Anno autem Vrbis. 8 8 4. uel circiter.

¶ Temporibus Ptholemaei.

Stellae.		Magnitudo	Longitudo. G. M.			Latitudo. G. M.			Naturae.
Canis	Maior.	1.	17	40	♊	39	10	Merid.	♃ ♂
	Minor.	1.	29	30	♊	16	10	Merid.	☿ ♂

¶ Tempestate nostra. 1 5 4 5.

Canis	Maior	1.	7	50	♋	39	35	Aust.	♃ ♂
	Minor	1.	19	30	♋	16	10	Aust.	☿ ♂

		Magnitudo	natura	longitudo.	latitudo.	Die. oriuntur. cosmice	occidunt eliaci	
Canis	Maior	1	♃ ♂	7 50 ♋	39 10 Mer.	6 20 ♌	20. Iulij.	
	Minor	1	☿ ♂	19 30 ♋	16 10 Mer.	0 20 ♌	14. Iulij.	Canis Erigoni exit

¶ Cardinalis Cusanus, vir olim usquequaque doctissimus, iubet, quatenus singulis stellarum fixarum longitudinibus, adijciantur minuta. 3 5. z. 3 0. uel circiter.

¶ Claudius praeterea Ptholemaeus, credidit, singulas stellarum fixarum latitudines fore inuariabiles, Thebitius autem, & Ioannes Monteregius, compertum habuerunt, fore uariabiles, & nos etiam obseruationibus nostris, concludere non dubitamus, fore uariabiles, & Canis maioris latitudinem, nunc esse. Gr. 3 9. minut. 3 5. Caniculae uero. 1 6. 3 5. Quo fit ut utriusque huius Asterismi latitudo sit Minutorũ. 2 5 circiter, & tantundem quoque omnes aliae stellae in Austrum augeri, Boreales autem decrescere.

¶ Canis minor, siue Canicula diminutiuum quippe a Cane in posterioribus, siue clunibus unam habet stellam primi, quoque luminis fulgentissimi, quae, Algomeisa, Arabice uocitabatur, nostra tempestate sub. Gr. 1 9. minut. 3 0. ♋ Graece autem Procynis, siue Procyon. Latine Praecanis, & Anticanis, sic dicta, quoniam in suo ortu, Canem maiorem praecedit, prius enim oritur, propter maiorem ipsius latitudinem Austrinam.

Temporibus nostris, prima cum parte Leonis
Exoritur Procyon coelo nitidissimus alto.

¶ Columellæ autem temporibus Canicula hæc oriebatur cosmice, simul cum ☉ 17. calend. Augusti, uidelicet. 16. die Iulij. Inquit enim Columella libro. 10. Peracto Solstitio æstiuo, usque ad ortum Caniculæ, hoc est, dum tota Canicula exoriatur, qui fere. 30. sunt, dies Caniculares nuncupantur.

¶ Nostra uero ætate Canicula in Annis ciuilibus, siue communibus, oritur, pridie Idus Quintilis, hoc est. 14. die Iulij. In Annis autem intercalaribus, seu bisextilibus, die. 13. Iulij, uel circiter. Sed peroritur. 13. Augusti, & totidem diebus Caniculares continuantur. Qui ab ipsa Canicula nomenclaturam sibi uendicarunt.

¶ Quemadmodum inquit Firmicus, in prima parte Leonis oritur Canicula. Quæ a Græcis Syrius nuncupatur, Stilbontis, & Martis naturam, siue complexionem, sibi uendicans. Ad quam stellam, quũ ☉ Sol applicuerit, seseq; illi coniunxerit, Confestim Phœtontei, uapores geminantur. Adeo quidem ꝙ animantium corpora, præcipue humana, ut plurimum ægritudinibus acutis, & quodamodo pestiferis, & quidem exitiosis, afficiuntur. Hæc igitur stella Syrius ardens nuncupatur. Quoniã

Quum tangit Solis radios, accenditur Aestas,
Discernitq; ortu longe fata uiuida firmat.
At quibus attractę frondes, aut languida radix
Exanimat, nullo gaudet, maius'ue, minus'ue,
Agricola, & sydus primo speculatur ab ortu.

Cęsaris Grammatici.

Hoc Cancrum tetigit, quum Titan orbe, timete
Aestatem rapidam, & soluentes corpora morbos.

Loethifer hic Procyon, Graiorum nomine dictus,
Aestiferos rabidis erumpens flatibus ignes,
Pestiferum miseris mortalibus aera reddit,
Tantus ab ore micans iacitur mortalibus ardor,

Manilius lib. 5

Quum uero in uastos surgit Nemeæus hiatus,
Exoriturq; Canis, latratq; Canicula, flammis,
Et rapit igne suo, geminatq; incendia Solis,
Qua subdente facem terris, radiosq; mouente
Dimicat in cineres orbis, fatumq; supremum
Sortitur, languetq; suis Neptunnus in undis,
Et uiridis nemori sanguis decedit & herbis,
Cuncta peregrinos orbes animalia quærunt,
Atq; eget alterius mundi natura fuimet,
Aegrotat morbis nimios obsessa per æstus,
Inq; rogo uiuit, tantus per sidera feruor
Funditur, atq; uno ceu sint in fulmine cuncta,

¶ Ouidius lib. 4. Fastorum.

Est Canis (Icarium dicunt) quo sidere moto,
Tota sitit tellus, præripiturq; seges.

Vltimus

Rufus Festus.

Vltimus est Procyon Geminorum subditus Astro,
Ore micans rutilo trina face sydera lustrans.

¶ Fingitur præterea a Poetis, fugientem prosequi leporem,qui sub pedibus Orionis,& Anticanis,locatur.

Paruulus in geminis lepus est,qui in uertice cœli
Vrgetur cursu rutili Canis,ille per Ethram
Effugit,instantem premet hunc at Syrius ore,
Auritum leporem,leuipes lepus hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti,
Et Canis infesto sequitur uestigia cursu.

¶ Dicta denique fuit hæc stella Syrius, ἀπὸ τοῦ σύρειν, hoc est, hio hias, q̃ propter æstatem plerumq; canes rabidos efficit, qui totam ferme exerunt linguam,quod frequenter accidit in Apulia.

¶ Quin etiam ipsius Caniculæ exortus furentes interdum uentos gignit, ut,uel arbores altissimas radicitus conuellant.

De hac stella, Plinius Veronensis ita scripsit.

¶ Iam Caniculæ exortus accendi Solis uapores, quis ignorat? cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur,feruent quippe maria exoriente eo, & fluctuant in cellis uina,mouentur stagna,& canes quidam toto eo temporis spacio, quo feruet Caniculæ exortus, maxime in rabiem agi, non est dubium. hæc ille ad literam.

¶ Syrius stella est in medio Centro Cœli , ad quam quũ Sol accesserit, duplicatur calor ipsius,& langore afficiuntur corpora humana. Syrium autem stellam uocarũ putant,propter flammæ candorem, Latini uero illam Caniculam uocant, unde & dies Caniculares dicuntur,quia q̃; diu Sol in ipsa est,pestifera est. Sed pro qualitate adiiacentium Planetarum commutatur , nam aut uincitur, aut morbosis utitur uiribus,hinc est q̃ quum certo tempore oriatur,non semper est noxia.

¶ Cicero de Diuinatione libro secundo,de Caniculæ exortu,ita scripsit.

¶ Vtrum salubris,an pestilens futurus sit Annus, quemadmodum Ponticus Heraclides aiebat, si obscurior,quasi caliginosa stella exciterit,pingue,& concretum esse Cœlum,ut eius aspiratio grauis,& pestilens futura sit. Sin illucens, ac perlucida stella apparuerit,significare Cœlum esse tenue,purumq;,& propterea salubre.

¶ Exitiosus, inquam, & ualde pestifer ille Canicularis defluxus sæpenumero permutatur,atq; placatur, quandocunq; Solis, & syderis illius locum salutares Iouii, atq; Agiæ Veneris, radii, fœliciter inspexerint, aut sese illi coniuxerint. Quippe qui tunc feruor ille Solis, & Caniculæ efferuentis mitior efficitur. Quo fit ut utrinsque etiam Canis afflatus, non semper sint noxii, Phœetonteus siquidem ille uapor mitescet, atque placabitur. Nihilo tamen minus uehementer in humanis præ

cipue corporibus debacchabuntur, quandocunque Sol ☉ Mars ♂ Mercurius ☿ fuerint cum eodem Prochyone partiliter alligati, in Martis præcipue finibus, siqui dem hæc stella Mercurij naturam, & Martis complexionem sibi arrogat, præter tim ubi beneficæ stellæ ibi collocatæ, nullum præstiterint patrocinium.

¶ Sub Cane igitur, & Anticane, Diui Hyppocratis auctoritate, molestæ sunt phar maciæ si ægrotantibus exhibeantur, ab. 14. die Iulij, ad. 13. Augusti, essent etenim difficilis curæ, immo utplurimum perniciosæ, quippe ꝙ tunc in Aere circumfluo utplurimum uigent caumata, & uapores feruentissimi, & ita uis purgationis hebe taretur, atqꝫ ægrotantibus perniciem inferre possent.

¶ Nihilo tamen minus meo quidem iudicio in casu necessitatis urgente exhiberi posset pharmacum lenitiuum cum refrigerantibus. ☽ bene affecta sub ♋ ♌ ♒ peragrante, procul existentibus maleficarum stellarum hostilibus radijs, aut ipsa rum congressu.

¶ Iacobus Forliuiensis, de Cane ita scripsit. Per Canem in proposito intelligere de bemus tempus Caniculare, & est tempus in quo quædam stella Meridionalis, Ca nis appellata ab Astrologis, in matutinis apparet, quando Solis ortum antecedit. Incipit autem Caniculare tempus. 10. die Iulij, & durat usqꝫ in. 20. diem Augusti. Ita ꝙ in summa est. 40. dierum, scilicet. 20. ultimi Iulij, &. 20. primorum Augusti exclusiue.

¶ Rectius scripsisset, ab. 10. Iulij, ad. 10. diem Augusti, intercapedine scilicet. 30. dierum.

¶ Galenus noluit enucleare tempus, neque mensem, in quibus uterque Canis exo riatur, neqꝫ quanto temporis interstitio dies Caniculares perdurent, sed in hanc pro rupit expositionem.

¶ Exusta enim tunc natura, eam quæ a Medicamentis purgantibus, existit, non fie ri acritudinem. Quare & plures purgati hoc tempore, incidunt in febres, & natura ex æstu imbecillis magis ex purgatione dissoluitur, & quidem purgatio hæc praua fiet, quum calor Aeris ambientis in partem trahat extrinsecam contrariam ei, ad quam medicina ducit humores, Sicuti enim balneæ calidæ natura, aptæ sunt obsi stere purgationibus, sic & calor æstatis, & tunc præcipue, quum seipso uehemen tior extiterit.

¶ Arnaldus, & pleriqꝫ Neoterici, istud Hyppocratis Axioma, autumant, ita debe re interpretari, ꝙ pharmacum ægrotantibus neutiqꝫ exhibeatur ante Canem, hoc est, in brumali, siue hiberno tempore, nec sub Cane, hoc est, Aestate tota, hanc expo sitionem acceperunt ab Auicenna. 4. primi, capite. 5. Qui istis usus est uerbis.

¶ Et cito ꝙ tempus, in quo uterque Canis ascendit, & hora qua nix super montes quiescit, hoc est, hora frigoris fortis, non est tempus sumendi medicinas, Medicina autem in Vere, & Autumno sumenda est.

¶ Idem. 4. primi, capite primo,

¶ Ex regulis præterea, quas tu obseruare debes, est, fortes dimittere medicationes temporibus etiam frigidis quantum plus poteris, aut uentrem uehementer resol uere, aut prouocare uomitum, aut aperire uenas, in Aestate, & Hyeme.

Eius cōmentator exponit ꝙ Medicationes fortes non ita prohibentur in hyeme, propter debilitatem uirtutis,& resolutionem eius sicut in æstate,quia in frigore humores sunt coniuncti, atq; coagulati in interioribus, uti Galenus etiam scripsit. 4. Aphorismorum.

¶ Sub Cane igitur tempus Caniculare purgatorijs est ineptum propter calores excessiuos, & Antecanem, sunt qui autumant tempus oppositum canicularibus propter frigoris excessum,& hoc pacto per Antecanem intelliguntur dies.40. frigidissimi oppositum quippe tempus calidissimis.hæc ille ad literam.

¶ Ego autem arbitror,immo affirmare ausim, saluo tamen (ut Legistæ inquiunt) meliori iudicio,quintum illum Diui Hyppocratis Axioma,interpretari debere sic ꝙ pharmaca ægrotantibus neutiq; propinentur,neq; exhibeantur sub Cane,& Anticane, hoc est, donec uterq; Canis cosmice exoriatur, & ☉ sub Leonis Asterismo progrediatur,utpote ab. 14. die Iulij, ad. 13. Augusti inclusiue,qui.30. sunt dies, alioqui tunc huiuscemodi pharmatiæ essent ægrotantibus admodum molestę.Immo utplurimum exitiose propter Phœtontis, & Caniculæ latrantis calores intensissimos,& causas a Galeno superius assignatas.

De Tauri ♉ & Canis ortu,& occasu,eminentissimus ille Mantuanus
Homerus,libro primo Georgicorum, in sequentibus
quatuor uersibus,quos pauci rite interpretati
sunt,ita eleganter cecinit.

Vere fabis satio est,tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci,& Milio uenit Annua cura,
Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus,& Auerso cedens Canis occidit Astro.

¶ Notandum ꝙ unaquæq; ex.48.imaginibus cœli Astrum nuncupatur. In quarum numero est imago Tauri,qui licet masculinus sit,Astrologi tamen signum illud Tauri statuere fœmineum, gratia melioris hiatus, inconcinnus quippe sonus, intonaret auribus auditorum,si quispiam diceret.

Est Aries,Vacca,Gemini,Cancer,Leo,Virgo,
Libraq; Scorpius,Arcitenens,Caper,Amphora,Pisces.

¶ Hac de causa,ingeniosissimus Poeta Sulmonensis, de Tauri Astro.4.Fastorum, ita eleganter cecinit.

Vacca sit,an Taurus,non est cognoscere promptum,
Pars prior apparet,posteriora latent.
Seu tamen est Taurus,siue hoc est fœmina signum,
Iunone inuita,munus Amoris habet.

¶ Vere fabis satio est,tunc te quoque Medica putres
Accipiunt sulci,Candidus auratis aperit,quum cornibus Annum Taurus.

¶ In aureo enim Poetæ sæculo, serebantur Fabæ, & Medica, ab ultima uidelicet Aprilis hebdomada,ad.25.diem Maij.

¶ Nostra autem tempestate,ab.10.die Aprilis,ad.12.Maij,Sole sub Tauri Astro progrediente,presertim Mense April.sic dicto inquit Naso,

Ouidi.4.Fast. Seu quia Ver aperit tunc omnia,densaq; cædit
Frigoris asperitas,fœtaq; terra parit,
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum,
Quem Venus iniecta uendicat Alma manu.

Virg.4.Georg ¶ Vere fabis satio est,tunc te quoq; Medica putres
Accipiunt sulci,& Milio uenit Annua cura.

¶ Medica (quæ uulgo filla nuncupatur) species est leguminis,quæ in plerisq; locis Regni Neapolitani, & infinitore Felsineo, Mutinensi,atq; Ferrariano, passim uulgo Melega nuncupatur. In Patauino autem Gymnasio, & Marchia Taruisana, Surgo,dicitur,quippe q; in magnam surgit altitudinem,instar ferulæ,cuius semen tesdantur columbis,& porcis,Immo ex illis fieri consueuit panis quidam nigellus, quo pauperes agricolæ,temporibus penuriæ,uescuntur.

¶ Item Milio uenit Annua cura,
Quum Auerso cedens canis occidit Astro.

¶ In fœlicissimis etiam Poetæ temporibus, Milium, quot Annis serebatur mense Maio,ad.15.Iunij ☉ existente in Geminis,quando Canis uterq; cedens,idest,dans locum,uel motu primi mobilis succedens, Astro Auerso,idest,Tauro, qui Auersus uenit in cœlum,occidebat scilicet Eliace,quippe qui ob fulgentissimos Solis radios Canes uideri nõ poterant.Omne enim maius lumen obfuscat,obtenebratq; minus.

¶ Nostra autem ætate,Canis maior sub.8.Cancri parte progreditur, & circa. 14. diem Maij occidit eliace. Canicula uero supputata est sub.19.gradu eiusdem Asterismi,& circa. 12.diem Iunij occidit etiam eliace.Quo temporis interstitio, Agricolæ nostri, Milium serere consueuerunt.

Stellæ.	magnitudo.	longitudo. G. M.	latitudo. G. M	occidunt. G. M.	Ab. Die.	
Canis Maior	1. ♃ ♂	7 50 ♋	39 10 Meri.	9 20 ♊	14.Maij.	Incipiunt
Canis Minor	1. ☿ ♂	18 50 ♋	16 10 Meri.	0 40 ♋ Eliace.	12.Iunij.	occultari.

¶ Illud deniq; non est silentio prætereundum q; initium ♉ sunt clunes, Cornua uero finis,quod etiam Taurus Auersus ueniat in cœlum, & præpostere oriatur,& non cũ capite,& cornibus,sed clunibus supra finitorẽ oriatur,& emergere uideat. Manilius Senator Romanus,& Poeta clarissimus,lib.1.cap.4.ita eleganter cecinit.

Lib.1.cap.4 Aurato princeps Aries in uellere surgens,
Respicit admirans Auersum surgere Taurum,
Summisso uultu Geminos,& fronte uocantem.

Libro secundo. ¶ Quod tria signa nouem signis coniuncta repugnent,
Et quasi seditio cœlum tenet,aspice Taurum
Clunibus,& Geminos pedibus,testudine Cancrum
Surgere,quum rectis oriantur cætera membris.

Eiusdem lib.4 Cap.2. ¶ At quos prima creant nascentes sydera Tauri
Feminei iaceant,nec longe causa petenda est,
Auersus uenit in cœlum,diuesq; puellis
Pleiadum,paruo referens glomerabile sydus.

Virgilius primo Georg.
Humida Solstitia,atq; hyemes orate serenas
Agricolæ,hyberno letissima puluere farra,
Letus ager nullo se tantum Mæsia cultu
Iactat,& ipsa suas mirantur Gargara messes,

¶ Quoniam pauci admodum rite interpretati sunt, hosce celeberrimi Poetæ uersiculos, idcirco nos (ut posteris, nedum nostræ ætatis adolescentulis, prodesse, ualeamus) illos enucleare non dubitabimus,sic
O Agricolæ,uouite,& orate Dei altissimi numen,ut singulis Annis contribuat uobis humida Solstitia,hoc est,hybernū tempus Solstitij hyemalis,humidū,hoc est, pluuiū,seu niuosum,uidelicet dū Sol nostra ætate ꝑgreditur ab.24.parte sagittiferi, ad. 6. ♑, hoc est, ab.5.die Decembris, ad. 17. eiusdem inclusiue, immo nihil obesset frugibus, si deciderent pluuiæ,aut niues,ab initio Decembris ad.9.diem Iani,uel ad calcem eiusdem mensis.
¶ Postmodum orate hyemes serenas, hoc est, Aeris serenitatem, mense Februario ad.10.diem Martij, in quo nunc Veris initium celebratur, hoc enim pacto agrorum tellus resolueretur in puluerem,& pinguesceret,essentq; hyberno letissima puluere farra,immo tunc procul dubio.

Siue niues gelidæ fuerint,seu pluuius Auster
Principio,demum quæq; serena dies.
Letus ager fieret,leto (ceu Daunia) cultu,
Vtq; suas segetes Gargara funder ouans.

Virgilius primo Georg.
Ipsa dies alios,alio dedit ordine Luna,
Fœlices operum,quintam fuge,pallidus Orchus,
Eumenidesq; satæ,tum partu terra nefando
Cœum, Iapetumq; creat, fœuumq; Typhœa,
Et coniuratos Cœlum rescindere fratres.
Septima post decimam,fœlix,& ponere uites,
Et prensos domitare boues,& licia telę
Addere,nona fuge melior,contraria furtis.

¶ Dies quinta ab hora congressus Lunæ cum Sole esset potius fœlix, quoniam tunc peragat ☽ ad ipsius exagonam cum ☉ intuitionem. Poeta autem inquit, diē quintam ab hora manifestæ apparitionis, quando Luna incipit esse cornicularis esse fugiendam fore, quandoquidem tunc peragrare consueuit ad Solis tetragonum intuitum,utpote die.7.ab hora coitionis, si ☽ ipsa fuerit uelox cursu,aut.8.si tardæ peragrationis extiterit,uel circiter.
¶ Septima post decimam fœlix, utpote in secundo trigonico intuitu cum ☉ si ☽ silens commorabitur sub radiis Solaribus triduo,aut saltem biduo.

Hesiodus de diebus Lunæ.
Sit tibi præterea series seruanda dierum,
Ab Ioue natæ omnes sunt,ab Ioue tempora nata.

30 Vltima Mensis erit nullo exercenda labore,
Hac genio utendum, illa omnes festa per urbes
Ducitur, illa forum claudit, neqꝫ iura resoluit.
1 Prima dies sacra est, & quarta, & septima, prima
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.
4 Luce domum quarta, fœlix ducenda sit uxor,
Omine captato, sunt omnia prospera rebus,
Et licet incuruam trabibus componere nauim.
5.15 At quintas fuge, namqꝫ illarum pallidus orchus,
Tum diræ Eumenidum facies toto orbe uagantes
Castigant siqua in terris periuria falsum
Affirmant, quæ lis alterna agitata crearit.
6 Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum,
Leta uiris, multi etiam nascuntur in illa,
Quis mala mens, fallax animus, fallacia uerba,
Et qui connubia exercent archana per artem,
Hac ouium fœtus licitum castrare, uel hœdos
Et licet in fixa pecudes circumdare mandra.
8 Scindimus octaua forti genitalia Tauro,
Castramusqꝫ sues, fœlix est ponere plantas.
9 Nona uiros gigni, uel amica sorte puellas.
10 Luce uiris decima faustos quoqꝫ credimus ortus.
11 Vnaqꝫ post decimam fœlix incidere uites,
Et tempestiuam segeti supponere falcem.
12 Hæc curat bis sexta etiam fœlicior illa
Stamina, & ex alto tenuissima torquet Arachne,
Ingentem accumulant formicæ farris aceruum,
Et uiuat arguto percurrere pectine telas,
Tunc quoqꝫ siluestres licitum castrare iuuencos.
13 Tertia post decimam plantaribus optima surgit,
Spargere semen humi, pallet contraria semper.
14 Quartaqꝫ post decimam mulierum prospera natu.
16 Sextaqꝫ post decimam plantaribus inuida surgit.
17 Septima post decimam Cereris terat ordea sacra.
Ingentemqꝫ licet ferro discindere syluam,
Ac uarias aptare trabes, quibus ardua tecta
Moliri, aut, structam possis agitare carinam.

TRACTATVS DVODECIMVS DE DIEBVS DECRETORIIS (QVEM PETRO APONENSI ATTRIBVVNT) PER LVCAM

Gauricum castigatus, & Latinitate donatus, admodum utilis ægrotantibus, & Medico necessarius.

HYPPOCRATES Medicorum facile Princeps, iubet, quatenus Medici inspiciant, & obseruent motum, atq; locum ☽. Quando enim est crescens lumine ad plenum orbem, tunc crescit etiam sanguis in hominibus, & cunctis ferme animantibus, pcipue cocleis maritimis, & cõplexio uiuentiũ pedetẽtim uigoratur.

¶ Quando igitur infirmus quispiam febrire incipit, necessum erit, ut Medicus rerum coelestiũ non ignarus, obseruet locum Lunæ, ab eius siquidem corniculatione quousq; ad gradum oppositionis suæ, peragrauerit, ægritudines augescunt. Et si tunc ☽ fuerit cum aliqua maleficarum in .4.6.7.8. coeli hospitio, & aspexerint dominum .8. domus, quam Arabes morti deputarunt, Medicus ille Astrorum peritus ægroto, internitionem, uel conualescentiam, uaticinari poterit, quippe qui si ☽ bene affecta fuerit, salubritatem, sin male, interitum.

¶ Quid igitur ægrotantibus ☽ portendat in singulis .12. Signis cœlestibus, nunc sigillatim pertractabimus.

De Luna in ♈ Ariete.

¶ Quando quispiam ægrotare incipit, si ☽ fuerit in ♈ cum ♂ uel ☉ ægritudo uigebit in capite, propter nimiam (signi, & horum Planetarum, quam in istis inferioribus influunt) caliditatem, ægrotans dolore capitis, & febre acuta, conflictabitur. Immo non recedet ab eo caliditas illa, & tam grauem patietur anxietatem, adeo quidem q; uix loqui poterit, & in pectore calorem maximum sentiet, habebitq; pulsum uehementissimum, non sine pulmonis, & epatis molesta inflammatione, atq; anhelitus difficultate. Quocirca necessum erit, ei minuere sanguinem ex uena cordis, aut epatis, & in cibo, & potu utatur rebus refrigerantibus illum calorem.

¶ Luna item in ♈ si hora accubitus, uel potius sensibilis læsionis si fuerit male affecta in domo quarta .6. uel .8. ægrotans ille deueniet in frenesim, & quodammodo insaniam, illa tamẽ ægritudo interdum decrescet, interdum uero paulisper minuetur.

¶ Luna præterea in ♈ crescens lumine si fuerit cum ☉ aut ♄ uel ♂ æger interitum degustabit, quando deuoluetur ad sui ipsius, & Solis tetragonicam radiationem exitiosam, si beneficarum radij illic non intercesserint.

¶ Item si maleficæ stellæ hostilibus radijs lacesserint, Lunam in ♈ constitutam absq; salutaribus beneficarum radijs, æger diem suum obibit, quando ad quadrangularitatem eius sinistram, utpote ad Cancri signum peragrauerit.

¶ Medicus uero Astrorum ignarus, uaticinari neutiq; poterit, nunquid ægritudo illa futura sit salutaris, an pernitiosa.

¶ Luna minuta luminibus, & tarda cursu si fuerit in ♈ cum ♃ aut ♀ æger conualescet, & nullum imminebit ei mortis periculum, duce tamen bono regimine.

¶ Luna in ♈ cum ☉ & ♀ insinuat ægroti conualescentiam tamen plerumq; aliquã degustabit anxietatem, sed iam tandem morti occũbet, uel graui ægrotatione torquebitur, qñ ☉ periodicus, ad maleficarum stellarũ hostiles radios peruenerit.

¶ Item si Luna fuerit cum ♃ aut ♀ & ☉ uel ♂ aspexerit eam, ægrotans uarias patietur molestias, unde opus erit, utei exhibeatur aliqua leuis medicina, & utatur facili dieta, & quandoq; seipsum moneat, atq; reuoluat, quando uero sedeat in loco, unde possit circumquaque intueri, & circumspicere, res oculis gratas, utaturq; balneis temperatis, deturque ei aqua recens, siue algida, ad bibendū, & gargarizandū.

¶ Luna in ♌ anteq; deuoluatur ad synodū, uel aspectum aliquem ♃ aut ♀ æger cruciabitur ex aliquo phlegmate albo, ex quo aliquam sentiet grauedinem, absque mortis discrimine.

¶ Si Luna crescens lumine, & uelox cursu fuerit, in ♌ cum ☉ & ♂ infirmitas ingruet in capite, & defluet ei sanguis de naribus. Quamobrem oportebit ægrotantem, uti rebus refrigerantibus, eique medicina adhibeatur, cuius beneficio apostema maturetur.

¶ Notandum q; Luna, ascendens ægritudinis, & eorum Almutez, fortissime operantur, quippe qui si fuerit bene affectus, æger conualescet: sin afflictus, graui conflictabitur ęgrotatione, & denique mortem experietur amaram.

☽ in ♉ □ ♂ ¶ In principio ægritudinis, si ☽ fuerit in ♉ Martis ♂ tetragona, aut diametra radiatione sauciata, infirmitas erit ex sanguinis adustione, unde ægrotus cum dolore intensissimo, ægritudine calida, & sicca, conflictabitur, nocturno potissimum tempore, non enim poterit requiescere, oculis nec carpere somnos, habebitq; magnam uoluntatem bibendi uinum. Necessum igitur erit, exhibere ei medicinam refrigerantem, & extrahere sanguinem ex uena epatis.

♄ ¶ Si Luna in ♉ fuerit cum Saturno, uel ad eius coitum permeauerit, absq; beneficarum patrocinio, æger morti occumbet infra. 7. uel. 10. dies ab hora qua cœpit eum infirmitas.

¶ Item Luna in ♉ luminosa, & uelox cursu si fuerit ♂ □ uel diametra radiatione uulnerata, & ad Saturni coitum, uel hostiles radios peragrauerit, ægritudo erit ex phlegmate, & æger debilis, et quodamō confractus mēbris uix loqui poterit, eritq; stomachus indigestus, nō utiq; erit idoneus digerere cibaria, & intus magnū sentiet feruorē, necessumq; erit ei medicinam exhibere laxatiuē. Et qn̄ ☽ defluxerit ad locū eius □ uel ☍ utpote ad signū ♌ uel ♏ in deteriorem incidet ægrotationem, ex qua diem claudet nouissimū, nisi Luna fuerit a stellis salutaribus feliciter irrorata.

¶ Item si Luna fuerit in ♉ cum ♂ & ☉ angina cruciabitur, & dolor erit in gutture, & pectore, & lingua adusta præ nimio calore quem patietur in ore, atque in oculis aliquid mali, profluuio etiam uentris, aut torminibus uexabitur, multum sitibūdus, & balbutiens, necessaria erit ei medicina constrictiua, & sanguinis minutio, atq; dieta eius frigida, & a calidis abstineat. Quādo Luna peruenerit ad □ uel ☍ ☉ si ibi comperiet Iouem, aut Venerem, non morietur, sin maleficam, interibit. Quando Luna peragrauerit ad ⚹ uel △ aspectum Solis, si ægritudo minuetur, æger euadet: sin augumentabitur, uitam cum morte commutabit.

Luna in ♊

¶ Quando quispiam ægrotare incipit, si Luna fuerit in signo Geminorum synodo, aut □ uel ☍ maleficorum Planetarum radiatione, commaculata, uel obsessa. ægritudo processit ex nimio mœrore, ac molestia, quam æger suscepit ex aliqua rerum suarum iactura, seu cogitatione melancholica, unde eum inuasit febris ephi-

mera,siue putrida,& in toto propemodum corpore cruciabitur,cum epatis inflam matione maxima,& spacio.7.aut.10.dierum dolores patietur acerbos.

¶ Luna item in ♊ crescens lumine, & cursu uelox ♄, uel ♂ synodica,uel □ aut ☍ radiatione sauciata, ex signis uidelicet ♍ ♐ uel ♓ ægritudo processit ex bili rubra siue cholera,& pulsus erit uelox.Vnde sibi necessaria erit phlobotomia, sed nõ aperiatur ei uena ex brachijs,dieta eius sit frigida,& temperata.

¶ Si Luna in Geminis fuerit cum Saturno commaculata,æger diem suum obibit, quãdo Luna perueniet ad signum uirginis,uel Sagittarij,utpote heptagonum,uel diametrum loci,in quo fuerat dum ceperat ægrotare,quæ si a beneficis fuerit irrorata,vultu quo cœlũ,tempestatesq; serenat,euadet post diuturnam ægrotationem.

¶ Item si Luna in ♊ sit falcifero alligata,infirmitatem denotat ex humiditate, uel phlegmate,& uigebit dolor in capite,non tamen utatur rebus frigidis,& humidis sed temperatis,nec minuatur ei sanguis, & quum applicuerit ☽ ad Solis □ uel diametrum, & fuerit tunc cum ♃ aut ♀ uel si eam aspexerint benefici Planetæ, æger conualescet aliquantisper, nihilotamen minus mutabitur in aliam ægritudinem, donec peragrauerit aliam quadraturam, uel oppositionem loci, in quo prius fuerat,eritq; huiusmodi ægritudo occulta,& difficilis cognitu,donec rursus peragrauerit ipsa ☽ Luna ad □ uel ☍ aspectum,nam si tunc reperiatur cum benefica stella, æger conualescet,sin cum malefica,iteribit.

¶ Si deniq; Luna sub Geminis supputata fuerit cum ♂ & ☉ febrem patietur acutam,& lachrymabit ei oculorum acies,præcipue sinistri,satisq; uerendum erit,ne in Frenesim dilabatur, eritq; ualde tremebundus,quippe qui ante suos oculos apparebunt uariæ figuræ,atq; diuersa simulachra, & fantasmata horrifica, & pulsus eius erit uelox, tamen uix inuenietur, capite insuper multum dolebit, non minuatur ei sanguis, utatur leui dieta in loco temperato. Quando ☽ applicuerit ad □ uel ☍ aspectum eius,uel maleficarum stellarum, morietur infirmus, euadet tamen si tunc fuerit cum Ioue,aut Venere,uel alterutrius fœlici intuitu, non detur ei pharmatia aliqua,sed utatur leui dieta, & balneis odoriferis, atq; temperatis, audiatq; Musicam,& uiros facetos,& letos.

Luna in Cancro.

¶ Quando quispiam ægrotare incipit, si Lunam in ♋ supputatam Saturnus aspexerit □ uel diametra radiatione, ægrotanti accidet frigus post calorem,sicuti accidit exeuntibus ex balneo,dolebitq; ei pectus,laborabitq; tussi molesta,& paruo calore,pulsus reperietur mediocris,lumborum tamen dolore uexabitur, oportebit ut exhibeatur ægrotanti medicina ad purgandum pectus,& tussim comprimendam.

¶ Si non fuerit cum ☽ beneficus aliquis Planeta,neque eam aspexerit, ægritudine aduersa laborabit, donec peruenerit ad □ uel ☍ aspectum loci in quo cepit infirmitas,& tunc morietur.Si autem benefica quæpiam stella ☽ irradiauerit,uiuet,nihilominus multum grauabitur.

¶ Si Mars aspexerit Lunam ex □ uel ☍ æger uomitum patietur, & cum eructatione crebra malam stomachi discrasiam degustabit. Dentur itaq; ei frigentia, & medicina stomachi restrictiua,& si nõ aspexerit eam stella salutaris,morietur, quando peruenerit ad □ aspectum,& fortassis ante,per aliquot dies.

¶ Si Luna fuerit uacua cursu, infirmitas erit ex nimia repletione, seu nimio potu,

& crapula, ex quibus urinæ sunt nimis plenæ, habebitq; uoluntatem sedendi in loco alto, & discoperiet se, & libenter exoptabit audire loquētes iocosas res, licet citó traslatū de facili, deterius habebit in nocte q̃ in die, utatur rebus temperatis, nā qñ peruenerit ad eius oppositum, euadet, si Lunam aspexerit Alma Venus, aut salutaris stella Iouis. Si autem non, & fuerit in malo aspectu ♂ uel ☋ absque beneficarū patrocinijs, incidet in recidiuam, & acutam febrem. In principio autem, sanguinis euaporatio erit necessaria.

¶ Si autem aspectus beneficarum fuerit, per. 45. uel. 60. gradus, ægritudo alleuiabitur. Sin maleficarum, augebitur.

¶ Item quando ad ipsam Lunam in ♋ supputatam, fuerit aspectus beneficarum, etiam per. 90. uel. 180. gradus, utpote □ uel ☍ dolor mitescet aliquantisper, et fiet crisis bona, nihilo tamen secius ægritudo magis affliget ægrotantem, nocturno, q̃ diurno tempore, & parū conquiescet, sed plerumq; exclamabit, & anxius efficiet Immo si (ut diximus) benefica stella fuerit in opposito ☽ æger conualescet, sin malefica, mutabitur in aliam ægrotationem, & fiet recidiua, & conualescet, quando Luna applicuerit ad locum, in quo fuit in principio.

¶ Si autem ♄ ♃ fuerint cum Luna, uel ♄ Iouem, & Lunam, trigonica radiatione inspexerit, erit morbus compositus ex humoribus frigidis, & crisim bonam faciet, forsitan die. 4. uel. 7. euadetq; æger.

¶ Si Luna in ♋ fuerit cum ♄ ♂ ♀ infirmitas erit ex debilitate, quocirca necessum erit, ut exhibeantur ei res confortatiuæ, quando Luna defluxerit ad □ uel ☍ aspectum eius, nam si fuerit tunc bene affecta, euadet, & infirmitas faciet salutigeram crisim, quando Luna deuoluta erit ad locū, in quo reperiebatur, dum incœperat ægritudo illa, uel quando erit in ♍ ♒ ... Luna in ♌ Leone.

¶ Quando in principio ægritudinis Lunam in ♌ cōstitutam, Saturnus sua præsentia infecerit, uel □ siue ☍ radiatione pulsauerit, ęgritudo erit ex humoribus corruptis, seu phlegmate uitreo, non sine pessima cordis, atq; stomachi discrasia, unde magnum quoq; capitis dolorem, degustabit, & calor ille intraneus apprime intensus in corde, & stomacho, augebitur, externis uero frigiditas in extremis potissimum partibus corporis, eritque nimium constipatus uenter, & infirmitas chronica. Sed quando Luna peruenerit quadratum eius aspectum, Scorpij uidelicet signū, æger interibit. Euadet autem si ♃ aut ♀ ibidem reperiatur, aut Luna ☽ ipsam foeliciter irradiauerit.

¶ Si Luna in ♌ supputatam ♂ sua præsentia, aut □ uel diametra radiatione pulsauerit, infirmitas erit ex abūdantia sanguinis, & choleræ, & febris tertiana, uel acuta, ægrotantem inficiet. Sed si Lunam benefica irrorauerit stella, euadet post magnam fatigationem, & periculosam ægrotationem. Sin malefica eam hostilibus radijs infecerit, æger interibit, Quando Luna peragrauerit ad finistram usq; eius quadrangularitatem, utpote signum ♉ in quo Luna cadit, atque deprimitur. Idem portendere uidetur Luna ipsa, quando ad Aquarium epthagonam, scilicet diametralem, Leonis radiationem.

¶ Luna item in Leone □ ☍ Solis, aut ♂ intuitu, sauciata, excitabit ægrotanti magnum in pectore calorem, extremitates autem corporis, potissimum nasi, manuum, atque

atque pedum frigescent, experietur etiam capitis, atque stomachi cruciatus acerbissimos, quocirca necessum erit, ut illi aperiatur uena, & iniungantur pedes cum unctione aliqua, quæ sibi illam auferat frigiditatem, quando ☽ plena luminibus erit a beneficis stellis bene affecta.

¶ *Si* Luna in Leone fuerit cum ♂, uel *Sole*, infirmitas erit ex superabundantia caloris in corde, & iecinore, & quando Luna applicuerit ad □ aspectum, si ibi reperiatur ♃ aut ♀ euadet, sin Martis, uel Saturni stella insalubris, aut hostiles eorum radij Lunam infecerint, æger morti occumbet, uel recidiuam experietur, uel mutabitur in aliam ægritudinem chronicam. Dum Luna defluxerit a signo Leonis, & in sui motus peragratione, in signo Virginis, aut Libræ, reperiet Iouem, aut Venerem, uel salubres eorum radios, anteq̃ deuoluatur ad □ eius aspectum, utpote uenenigerum *Scorpij* astrum, æger aliquam recipiet quietem, unde illa temporis intercapedine, opus erit cōponere ei balneum, & in alto sedeat loco, & res oculis gratas, circum aspiciat, & res iucundas, atque Musicam, audiat.

¶ Luna in Leone a Saturno commaculata, renes, & uessicam inficere consueuit, & si cum ea fuerit Mercurius, & Falcifer ille senex, uel utriusque radijs hostilibus, uulneretur, ægrotus ipse magnam, sensus, atque cerebri, perturbationem, mentisq; alienationem, degustabit. Et quum Luna peruenerit ad signum ♏ uel ♒ male affli cta, diem claudet nouissimum. Verum si beneficarum stellarum patrocinijs, ægritudo illa forsitan mitesceret, bono cum regimine euaderet, & nutu Seruatoris nostri, pristinam assequeretur corporis salubritatem. At si in recidiuam postea incideret, erit de rebus suis penitus conclamatum.

Luna in Virgine.

¶ *Si* quispiam ægrotare incœperit, Luna sub Virginis signo peragrante, & ♄ eā tetragona, uel diametra radiatione respexerit, patietur dolores in uentre, stomacho, & intestinis cum dissinteria, seu uentris profluuio, habebitque apostemá in uētre, eritq; infirmitas occulta, quam uix poterit quispiam intelligere, nisi Medicus Astrorum peritus. Vtatur rebus frigidis, & temperatis, opus erit ut sanetur apostema in utero coaceruatum. Si fortuna Lunam intueatur, æger euadet post multos dies, sin malefica eam uulnerauerit, morietur infra. 7. 14. 21. 28. 40. dies. Quando Luna fuerit in. 5. cœli templo, & Mars aspexerit eam de quadratura, uel oppositione, dolor, & infirmitas cum malo calore uigebit intrinsecus, ex abundantia choleræ, ut sunt dissinteriæ, & fluxus uentris noxius, & plerumque lœthalis, & quandoque pulsus non reperietur adeo, grauem patietur anxietatem, & malum stomachū Est ergo necessaria ei medicina stiptica confortans, utatur quoq; cibarijs, & rebus leuibus. Deturq; sibi medicina leuis. *Si* aspexerit eam stella quæuis benefica, euadet infra. 3. aut. 7. dies. Sin malefica, morietur.

¶ Quando Luna ☽ in ♍ fuerit cursu uacua, excitare consueuit fluxum uentris, & lienteriæ, uel diariæ, & impedimentum uessicæ, uel stranguiriam.

¶ *Si* fuerit cum ☽ ♂ uel ☉ uel ♃ tunc erit infirmitas magis acuta, & fortior, cum perturbatione sensus, & cerebri, ut uix loquatur, opus est ei medicina, quæ paulatim illum uentris fluxum, restringere ualeat,

¶ Quum autem ☽ peruenerit ad □ uel ☍ aspectum eius, liberabitur auxilio beneficarum, grauabitur uero, uel morietur impedimento maleficarum.

¶ Si cum Luna fuerint ♄ ♀ ☿ infirmitas durabit, donec iterum reuertatur ad ♍ uel ad □ eius aspectum, utpote ad ♐ ♊ ♓

Luna in Libra ♎

¶ Si Lunam in Libra aspexerit ♄ Saturnus ex □ uel ☍ infirmitas erit in capite, pectore, & pulmone, eritq; ægritudo maior si ☽ fuerit minuta luminibus, q; si plena, & dolebit ei frons, & tempora, eritq; ex nimia repletione, sternutabit multum, habebit tamen febres leues, opus est ei medicina temperata, utaturq; cibo, & potu leui, si Mars aspexerit Lunam malo aspectu, morietur. Quũ peruenerit ad □ aspectum, liberabitur, beneficarum stellarum patrocinio, per radiationes maleficarum, grauabitur, & morietur.

¶ Si Mars ♂ aspexerit Lunam ex □ uel ☍ ægritudo erit ex sanguine, ueluti apostema, uel pleuresis, uel peripleumonia, & patietur acutas febres magnas, & pulsus erit uehemens, & nocturno tempore uidebit uisiones pessimas, & horrificas. Est.n. ægroto necessaria minutio sanguinis, & pharmacia leuis, & calor parum uehemẽs, & uigiliæ, ac mentis perturbatio, & si ibi non aspexerit beneficus Planeta, morietur, infra. 10. dies. Si autem aspexerit fortuna, euadet, quum Luna peruenerit ad ♈ scilicet, gradum oppositum sui loci.

¶ Si fuerit cursu uacua, patietur dolores in pedibus, & interius dolores, grauedinem oculorum, & in loquendo balbutiet, erit ei necessaria medicina, & dieta frigida, & humida, & minutio sanguinis. Quum autem peruenerit ad quadratum, uel ☍ aspectum, liberabitur, beneficarum stellarũ adminiculo, & grauabitur per insalubres maleficarum radios. Si Mars, & Sol Lunam aspexerint ex oppositione, infirmitas erit ualde magna, & grauabitur magis in capite. Et si Mercurius fuerit in .6. patietur dolores in capite, & lachrymabunt eius oculi, unde medicina laxatiua erit ei necessaria. Quũ peruenerit ad ♃ uel ♀ in diebus criticis, alleuiabitur, & euadet, alioqui grauabitur, & tandem morietur.

Luna in Scorpione ♏

¶ Si Luna fuerit in Scorpione, Saturni tetragona, uel diametra radiatione, uulnerata, ægritudo erit ex sanguine putrefacto, & uenenoso, & si non fuerit in diminutione sui luminis, sed crescẽs lumine, & aspexerit eam infortuna, morietur, sin fuerit crescens lumine, & uelox cursu, & fortuna eam aspexerit, uiuet.

Quum Luna fuerit in .7. & ♂ cum ea, & ♃ aspexerit eam ex □ habebit febrem ualidam, unde necessaria est ægrotanti medicina laxatiua temperata. Quum ☽ peruenerit ad Iouis coitum, euadet. Item quando Luna fuerit cursu uacua erit infirmitas leuis in principio, & pro nihilo habebitur, tamen augebitur, & mutabitur in aliam ægritudinem, ut impedimentum uesicæ, & iliorum, & hemorroidarum, & nascentur ei pustulæ in natibus. Quum autem peruenerit ad △ aspectum utpote ad ♓ uel ♋ patietur febrem calidam. Cum perueniet ad ☉ si non obuiabit ei benefica, morietur. Si autem benefica eam irrorauerit nascetur ei apostema in hypocondriis, & liberabitur. Quando Luna fuerit in ♏ & ♂ aut ♄ cum ea, primo habebit infirmus febres calidas, ex phlegmate falso, fac ut indie excipiat onus uentris, saltẽ cum clisteriis, sed nõ minuas ei sanguinem, præsertim in diebus criticis. Si Lunam aspexerit benefica stella erit crisis ad bonum, & econtra. Si autem in die. 4. 7. 10. fuerit fortuna, liberabitur.

Luna

Luna in Sagittario ♐

¶ Quando Luna fuerit in ♐ Sagittario, eamq; aspexerit Saturnus ex □ uel ☍ infirmitas erit ex phlegmate, & æger habebit calorem in toto corpore, sed pedes eius erunt frigidi, durabit huiuscemodi ægritudo, donec Luna iungatur Saturno, nisi aspexerit eam stella benefica, quoniam si aspexerit, durabit donec ueniat ad oppositum loci, in quo fuerat, ad signum uidelicet Geminorum.

¶ Quando Luna fuerit in. 8. domo, & aspexerit eam Mars ex □ uel ☍ aspectu, & fuerit aucta lumine, & numero, hoc est, uelox motu, erit hæc infirmitas occulta, & Medicus eam scire non poterit, & dolebit capite, & toto corpore, & hoc potuit accidere quia multum stetit in balneis, & nimium se calefecit, & calor ille introiuit in pectus, & caput suum, & Alas, opus est ei medicina constipatiua, utatur scyropis, & leuibus præacetosis, & euomet, & patietur fluxum, nisi fortunæ aspexerint ipsam in die. 4. 7. 10. 11. 14. euadet. Si uero infortuna, morietur. Quum autem Luna fuerit in. 8. cum Ioue, & Venere, erit infirmitas ex reumate, & patietur sitim, & dolorem pectoris, & euadet quum uenerit ad □ aspectum, eritq; ei necessaria medicina mollificatiua, sed caue ne balneetur.

Luna in Capricorno ♑

¶ Luna in Capricorno falciferi □ uel ☍ sauciata lumine decrescens, & cursu tarda denotat quatenus ægritudo erit ex nimia fatigatione, & sudore, & postea frigore cõtractus fuit, & calor interclusus, & oppilat⁹, & sternutabit sæpius, dolebit ei frõs & pectus, habebitq; febres ex sanguine, utat rebus temperatis, scyrupis, & si aspexerint eam fortunæ, euadet post longam ægritudinẽ, & si non aspexerit, morietur, infra. 3. aut. 7. dies. Si Luna fuerit in. 9. cœli hospitio, & aspexerit eam Mars ex □ uel ☍ ægritudo erit ex abundantia choleræ, ex mala digestione, stomachiq; discrasia. Vnde eueniet ei uomit⁹, & flux⁹ uẽtris, siue dissinteria, & ardebit ei stomachus, & inflammabitur, habebitq; magnã febrem, & multo sudore aspergetur, opus est ei medicina refrigerãs, sed pulsus erit instabilis, ac uarius, Si eam Lunã aspexerint fortunæ, euadet, si non, morietur, usque ad. 15. dies, Quando fuerit ☉ cum ♂ & aspexerit eam, augebitur calor, & ægritudo, erit tamen hæc infirmitas ex nimia fatigatione, & sudore, & inuasit ægrum cholera citrina, & auxilio fortunarum, euadet, per impedimentum uero malorum, morietur, caueat sibi a balneis, & super ipsum non infundatur aqua frigida.

Luna in Aquario ♒

¶ Luna in Aquario aucta, seu crescens lumine, & numero a Saturno deprauata tetragono, uel diametrali intuitu, infirmitas accidit ex nimio labore, & sudore, et perdet sanguinem, & hęc ægritudo, quãdoq; crescet, quandoque minuetur, & erit timendum de ægroto, & quando Luna peruenerit ad ☍ utpote signum ♌ si alleuiabitur, uiuet, si uero augmentabitur, uiuet usque ad. 42. dies.

¶ Si ☽ fuerit cursu uacua, erit ęgritudo fortis in principio, & dolor intrinsecus lõgo tempore, patietur febrem calidam, cum anxietate plurima. Sed quando perueniet ☽ ad ☉, si aspexerint eam fortunæ, euadet, si infortunæ, morietur. Aspice Lunam quando egreditur extra radios Solis, si reperiet fortunam, antequam defluxerit ad locum, in quo incœpit infirmari, euadet, si non, morietur. Quando Saturnus uel Mercurius, fuerit cum ea in decima, erit infirmitas de cholerã nigra, & si Luna

fuerit creſcens lumine,& numero,euomet,& ſi eam aſpexerit fortuna, anteq; dilabatur ad oppoſitum ſui loci,euadet.

Luna in Piſcibus ♓

¶ Luna in ♓ Piſcibus uelox curſu Saturni □ uel ☍ ſauciata, ægritudo erit ex frigore,patieturq; ægrotus in capite,& uentre,opus eſt ei medicina calida,& ſi benefica aſpexerit eam, euadet, ſed dolebunt ei membra quando Luna fuerit in. 1 1.addens lumine, & numero. Si ♂ aſpexerit eam ex □ uel ☍ erit infirmitas ex nimia repletione ſanguinis,& choleræ.Opus erit ut minuatur ei ſanguis, minoremq; dolorem habebit in nocte,q̃ in die.Quod ſi nõ aſpexerit eam fortuna,in loco,in quo inuaſit eum infirmitas,morietur.Quando peruenerit Luna ad locum, in quo erat, ſi ♀ aut ♃ fuerit cum ea,euadet. Si autem fuerit ♂ cum ea, infirmitas erit ex colera,& ſanguine,& auxilio beneficarum ſtellarum ad Lunam,liberabitur æger, nocumento autem maleficarum,morietur.


Tun.

LVCAE GAVRICI GEOPHONENSIS.

Tertius ex alto deſcendit Paulus Olympo,
Vt pius hic Terras,Iuppiter Aſtra regat.

IO. ANTONII MVSSI POETAE SICVLI CARMEN AD LVCAM GAVRICVM GEOPHONENSEM.

SI qui mortales chari,numeroq; Deorum
Sunt habiti,quoniam munera dant populis.
Hos tibi Mortales præſtabunt Gaurice honores,
Vtile tu quando,& nobile tradis opus.
Sed quia Pontificis fœlici numine Pauli
Exibit, uiuet tutior Vraniæ.
Vt pinus uenti feriunt,ut fulgura montes,
Sic etiam liuor,maxima quæq; ferit.
Sed tu non metues Zoylorum tincta uenenis
Spicula.Iudicium Gaurice laudo tuum.



A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.

Omnes sunt terniones, præter E. & L. quaterniones.

Impressum Romæ, in ædibus Valerij Dorici,
& Ludouici, fratris, Brixianorum.
Anno Virginei partus.
M. D. XLVI.

1723
1546
177

